


Bayer








C
M
I





IRENONAI,
ORATIONE INAUGURALI
L. ELIÆ Griebnitz /

In Electorali Viadrinâ Academia
Theol. Prof. Ordin.

EXTRACTI,
PERLUSTRATI,
RUINA,

Consensu Maximè Reverendæ
FACULTATIS THEOLOGICÆ,

Luci exposita Witteberge
à

M. HEINRICO Baumann/
Facultat. Philos. Adjuncto.
ANNO. M. DC LXII.

WITTEBERGÆ
Typis & Sumptibus JOHANNIS BORCKARDI.

IRRENONAL

ORATIONE INVAUQUALLI

L. ELLI E. S. S. S.

In Electorali Vindobona Academia

Theol. Prof. Ordin.

EXTRICHTI



R. U. I. A.

Capitulum Vindobonae

FACULTATIS THEOLOGICAE


In publica Bibliotheca

M. HENRICO S. S. S.

Facultatis Philol. Vindobonae

1782





§.1.
Nunquam, ut vetus habet veri verbum, ullibi dedica-
tum Deo templum est, cui Satanas, ἄσπορον Dei &
cultorum ejus hostis, suum non extemplò, quoad potu-
it, junxisset sacellum. Nam, quæ Hæreticorum fraus
& perversitas est, ut, (quod Cyprianus epist. 73. de Novatianis scri-
bit) *Simiarum more, quæ, cum homines non sint, homines tamen imi-
tantur, Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem & veritatem sibi vindicare
velint, illâ eisdem instruxit Diabolus ipse, omnis nequitia scele-
rumq; Artifex, & Hæreticorum Parens. Hic est ille, qui Angeli lu-
cis habitum mentiri, & χηρολογίας cruentis cum machinis
permutare, si Ratio Status ita ferat, optimè novit; uti suum scil.
sacellum juxta templum Dei sartum rectum præstet, & Ziza-
nia, quæ longè lateq; spargit, unâ cum tritico excelsissimè
efflorescant. Diabolus enim, secundum Isidorum l. 3. de S. Bo-
no, tanquam serpens lubricus, quando decipere quemquam querit, in
varias se trans mutat formas, jam in vulpinam, jam in leoninam,
jam suaviter blanditur, ut fallat, jam sevit, ut terreat. Eâ fini
plures, inde usq; ab Ecclesiæ incunabulis, conduxit, fovit,
& armavit μυροτεχνίτης, pro sacelli sui aris & focus qui pu-
gnarent acrius, & suam sibi, in ædificando, ampliando, coloran-
do, interpolando, ac, vel vi, vel per cuniculos, stabiliendo isto, e-
locarent operam.*

§.2. Inter omnes vero istos, qui molliori brachio Satanae
sacelli limites latius proferre annisi unquam sunt, primas non
temere quis Syncretistis, quos vocant, deferat. Enixus jam
in Paradiso hunc abortum suum est mendacij Pater, eumq;
lambendum & fovendum postea credidit plurimis, utrâq; Chi-
mæram hanc amplexis, & ad delicias usque in sinu foventibus;
nunc hac nunc istâ ipsius forma captis. Propullulavit hinc,
& ex Orco, ubi post illum prognatus, prodijt Syncretismus Se-

tho-Cainicus; quem exceperere Babelicus, Ægypto-Israeliticus, Samaritanus, Pseudo-apostolicus, Christiano-Ethnicus, Christiano-Judaicus, Hæreticus, ac deniq; Pseudo-Politicus; in quos ramos Syncretismum se diffudisse, inusitato Ecclesiæ malo, probat Celeberrimus Dn. D. Danhauerus, in ejusdem historia detecto Syncretismi Mysterio præfixa. Ex illis Hæreticus tantum non in mille se vertit formas. Sed à nullâ illarum facile metuendum magis hodie est Ecclesiæ Christi, atque à Syncretismo Calviniano; qui hoc periculosior quo fucator; eoq; magis cavendus, quo latius & occultius serpit. *Magis n. metuendus Diabolus, cum fallit, quam cum sevit. juxta August. in com. super Ps. 39.*

§.3. Est vero *Syncretismus ille Calvinianus* [uti Magnif. Dn. D. Calovius, Hæreticorum malleus, in præfat. Exam. Doctr. Publ. Reform. de pers. Christi eundem vivis depinxit coloribus) *nihil aliud quam dogmatum ac opinionum Reformatarum Ecclesiarum cum fide ac doctrina Ecclesiarum invariata Aug. Confess. tentata Conciliatio, per verbalem aliquam in explicandis Controversiis articulis harmoniam, seu conformitatem, & extenuationem controversiarum, eo sine facta, ut sub titulo ac schemate vera in principis ac fundamentalibus consensionis ementito, solum imperfectam, quam vocant, pacem vel tolerantiam mutuam, sine condemnatione ac Elencho secus sententium persvadeant, impetrentq; atq; ita libere Calvinianismum propagare queant.* Hæc est illa Satana, digna sacello ejus, Helena, in cujus laudes tot cœtatim excurrunt, quam operosè comunt, ornant, pingunt, Doctores Calviniani; *ministri Satanae, sub schemate ministrorum justitie se ingerentes* 2. Cor. 11, 15. *Simpliciores persvaves sermones & εὐλογίας, vel loquendi formulas (apparenter) bonas, quantum in ipsis est, seducentes, Rom. XVI. 18. & σκολιοδοξίας* suæ propagationi, & tolerantia, sapius frustra tentatæ, cœlestem veritatem, conscientiam, & omnia alia postponentes.

§ 4. Sunt equidem nonnulli illorum rigidiores & cordatiores, qui, de fundamentali Lutheranorum & Calvinianorum doctrinae differentiâ in conscientia convicti, Syncreti-

ti-

tismum talem nec probant, nec svadent; ut puta *Calvinus, Beza, P. Martyr*, alijq; plures cum veteres tum recentiores, maxime in Belgio foederato, testibus nuperis Synodis in Epicriscos *Maresianæ præfat, laudatis, & scriptis Amesii, Triglandi, Spanhemij*, & aliorum: nec non in Anhaltinatu, *Wendelini*, in Transylvania *Bisterfeldij*, Basileæ *Theod. Zwingeri*, Genevæ & in Helvetia plerorumq; omnium, ceu tenacius *Calvino, Bezae* ac cæteris Prædecessoribus adhaerentium, & accuratius bases ac principia Theologiæ Reformatæ, ut vocant, penetrantium. A quibus mentem non alienam prodidit Syncretismi Propagator alias non ultimus, *Job. Bergius*, cum coram Illustriss. Auditorio, præsentate Legato Regio, in Disputatione cum *Dn. D. Calovio* (qui hæc refert *p. 273. T. 1. Syst. Theol.*) Anno 1640. in Academia Regia mantanâ institutâ publicè testatus est; *Fateor nos (Reformatos) Vos (Lutheranos) pro fratribus agnoscere non posse, quamdiu errores vestros fovetis & defenditis.* Theologos sane Bata vos pacificationi *Joh. Duræi* in specie contradixisse testatur *Hugo Grotius Discuss. Apol. Riveti p. 21.* Nec possunt non cum *Voetio Diss. 3. de Syncret. §. 6. Job. Lato in comp. hist. Eccles. & civ. ad an. 1640. p. 664. Hotting in prodrom. Meletem. Iren. p. 4.* istum cum Lutheranis Syncretismum desperare; quicumq; Lutheranos Hæreticis accensere non desistunt. Cum his ergò non minus ac reliquis *Cadmæis* fratribus, qui de capitibus fidei pluribus hodieq; inter se digladiantur, ante transigendum erat, quam de pace nobiscum ineunda cogitarent *Ireno* poetæ.

§. 5. Sed verò non exiguus Reformatorum numerus est, qui, vel cum ignarissimis dogmatum differentiam intelligentes, vel à Deo hujus mundi excœcati, ut claram Evangelij lucem & doctrinæ suæ tenebras, quibus nihil cum illa commercij est, agnoscere non possint; vel malitiosè, securi divinæ maledictionis, tenebras, & lucem, cœlum & infernum in unum chaos redacturi, in scenam prodierunt *Irenicam*, atq; ut pacem Lutheranis secum, errorum veterum tenacissimis, ineundam persvaderent, & *Johan. Calvinii* (qui trecentos mille homines à Lutheranis se solum in suam nassam traxisse ult. admon. ad *Westph. p. 194. 233.* jactat, ut habet noster *Schlüsselburgius*



Theol. Calv. l. 2. c. 9.)artibus nixi Nostros in Syncretisticum detruderent facellum, per se qui seculum ferme non proletariam operam dedere. Eò inter alios, quorum vix numerum in eas, collineant Pareus innotis de Syncretismo, & Irenico. Moses Amyraldus de secess. Rom. de q. ratione pacis inter Evang. concil. Conradus Bergius in duabus homiliis de fundamento veri Christianismi & de praxi Catholica. Johan. Bergius in vergleich und unterscheid. Steinius in Friedens Predigt. Alting in Exeg. August. Confess. Crocius in Comm. in August. Confess. Johan. Crocius de Ecclesie unitate, Godofredus Hatto de tolerantia Luth. & Calv. Reichelius disp. de consensu & dissensu Evangelicorum. Maresius in dissert. de Syncretismo, & complures alij; quorum emissarius, aut συνεργός non postremus hodie Job. Dureau est: qui suam εἰρηνοποιῶν telam, quam ante triginta ferme annos orsus, hodieq; magno studio pertexere contendit. Parturit jam ille, post plures abortus, Ireniconum Harmoniam, cujus prodromum hoc ipso anno Amstelodami in lucem protrusit. Sed vereor, ne, quod Job. Latius in comp. hist. Univ. p. 766. de exant latis ejus in studio Irenico laboribus ipse pronunciat, incassum & hic laboret; & posteritati uberiores explosi onis relinquat materiam.

§. 6. Quemadmodum autem aliàs, ut Regum Sapientissimus Proverb. l. 17. inquit, frustra rete jacitur ante oculos pennatorum: ita, quod Dei, pro templo suo contra Satanæ facelli Statores paternè semper excubantis, gratiæ accepto ferendum; Calviniani, sorices suo se prodentes indicio, incassum hactenus tot melitos (veneno tamen conditos nocentissimo) verborum sparsere globulos. Nimirum Lutherani, Calviniano in herba ista animadverso angue, justo pro gloria Dei Zelo accensi, semper Irenicis istis negotiatoribus, commasculat à fronte, se opposuere, & evictò atq; à Calvinianis plurimis concessò fundamentalì nostrè & Calvinianor: doctrinè dissensu, miseros atq; exitiosos Caduceatores istos Christiano orbi manifestarunt, ac Syncretisticum facellum funditò everterunt. Occuparunt hanc operam ex Nostri Dn. D. Mylius, D. Philip. Nicolai in Responsionibus ad Palatinorum Evangelischer Kirchen brüderschaft, & porro Württemberg. in

Exa-

Examine, continuatione & promotione Examinis, Dd. Hutterus & Sigwardus contra Pareum. Collegium Wittenbergense in admonitione ad Bohemos de cavendo Calvinismo. D. Menzerus in collatione & defensione Augustan. Confessit: Disput. contra Steinium D. Himmelius in Collegio Anticalvinistico; Irenico; Exam. stabiliti Irenic. D. Nicolaus Hunnius in διακονία. Gisenius de fugiendo Calvinismo. D. Feürborn in fundamentali deductione, & amœbais. D. Hülsemannus in Calvinis irreconciliabili, in præfatione Dialys. Judic. super desider. Calixti. D. Calovius in præf. Crit. S. & Exam. de pers. Christi it. l. 1. Syst. Theol. p. 215. & digress. de nova Theol. D. Johan. Botfac. in defens. assert. constant. D. Danhauerus in mysterio Syncretismi. & Sigalione. It. in Christ. Evangelischen friedensgrus auf das Reformirte Salve. ut alios nunc prætermittam. Horum omnium immota & in concussa contra Inferorum portas, nedum Syncretistarum terriculamenta, & toties ad nauseam usq; recoctas nugas, perstant, tum ex sacris literis, tum venerandæ Antiquitatis monumentis, quin & ipsis Calvinianorum scriptis publicis, contra Irenopoëtas tales deprompta, argumenta; quibus jam olim istorum studijs Nostrates omnes inciderunt nervos, ut ipsos, qui nondum omnem deposuerunt frontem, & vel tantilla religionis ducuntur cura, hodie fermè pudeat pro pudiosi istius instituti Memoratu digna sunt verba quibus Job. Hornbeck p. 585. Summæ controvers. Anno 1652. editæ, istud scribendi Irenica Cacoethes improbat. Neq; adeo probo, inquit, ut multa nostri scribant Irenica, vel huc facientes tractatus, tum quia hoc nimis quam notum Adversariis, certumq; omnibus, Pacem nos suadere, tum quod descriptionum hujusmodi satis extet, sive rationes adferas ad movendos animos, sive modum præscribas, quo possit, aut debeat iniri Syncretismus extra colloquium, vel post tot jam habita hujus argumenti colloquia, ut vana verè omnis videatur hic poni opera.

§, 7. Hæc & similia si ruminasset secum, & pro Calvinianæ subtilitatis indole, perpendisset rectiùs, qui grande ambiguumq; quo se Thraso mirè in ipso offert vestibulo, dicere ac moliri ingressus non ita pridem est, ELIAS Gröbniß / non ita turpiter se dedisset, famæq; suæ & aliorum prodigus factus esset,

set; dum, nescio quo afflatus sidere, ne de esset statuminando & colorando pro virium modulo Syncretistico Sacello, Irenonaum, seu templum pacis Lutheranis cum Calvinianis in eundem, sanctissimum, divinisimum, quem vocat, Oratione Inaugurali, ut titulus habet, cum à Serenissimo Electore Brandenburgico in Viadrina Universitate Profess. Theol. Ordin. vocatus & constitutus esset, exstruere & perlustrare satis temere, in vitâ, non annuente, quod sibi persvadet vanus augur, ipsa pace, & fortè etiam saniorum & emunctionis naris Calvinianorum turbâ, presumpsit. Id vero unum turbulentus ibi demonstrare Irenopœta satagit; tantum abesse, ut cum Orthodoxis (Calvinianis) Lutherani, ingentibus conflictati defectibus, fœdus recusent conerabere, ut amplecti omnibus modis habeant. Ligna, stipulas, lutum, arenam, & cœmenta, quæ ad Irenonaum suum exstruendum corrasit, & ex ridiculæ Architecturæ suæ præscripto digessit postea, ad orationis inauguralis (ne Rhetoris hujus artificium ignoraret, & fortè desideraret, Lector) adjecit marginem; hæc, quam concinnavit ipse, serie: Exordium petitur ab ipsa re. Constat I. θεῖσες, quæ absolvitur (I.) Περγασίαι 1. Generali, 2. Speciali, exhibente duo: 1. Pacis Præceptum, 2. Eiusdem odium, (II.) ἐξηγήσες, 1. Membrum, 2. Membrum, (III.) διπρόδοσες II. ἀντιθέσες cum 1. Applicatione 2. Occupatione 3. benevolentia captatione. Propositio, Confirmatio. I. Vestibulum. 1. Imaginismus, 2. Exorcismus, 3. Confessionismus, 4. Hostiismus, II. Penetrabilia 1. Oralismus, 2. Ubiquitismus, 3. Prævismus. Conclusio.

§. 8. Spectatum admissi risum teneatis amici:
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Nimirum hic unicus desiderabatur Atlas, qui post sexcenta Heidelbergensium, Bremensium, Brandenburgicorum, Castellianorum, Gallorum Salmuriensium, & quam multorum aliorum Syncretistarum, concussa fulera, ruinosum pacis, Lutheranos inter ac Reformatos ineundæ, fulciret templum; ultimamq; manum adderet toties interpolato Irenonaos; in quo tamen fulciendo qui desudarunt, oleum ac operam omnem, non minus ac Judæi (vid. Ruffinus l. 1. c. 28. Socrates l. 3. c. 22. Theod. l. 3.

c. 20.

c.20. Sozomenus lib. 5. c. 22. Zonar. Nicephorus) olim sub Julia-
ni Apostatae in auspicijs Templi Hierosolymitani
structuram, in vito Deo Vindice, denuo aggredientes, per-
diderunt haecenus omnes ac singuli Calviniani gregis Duces ac
Principili. Nec poterat alius forte meliori auspicio hanc sibi
sumere conciliationis, & in unum templum *δὲ δια πασῶν*
disfidentium coactionis operam, nisi qui in castris Lutherano-
rum pariter ac Reformatorum militasset, & ex reliquijs An-
ti Christi (quo de sibi commodum in hoc trans actionis nego-
tio gratulatur Eridono poeta] ereptus, utriusq; partis secretio-
ra intimius perlustrasset, & ad unguem quasi teneret.

§. 9. Quamvis autem cum hoc Architecti hujus Irenonao
ita comparatum sit, ut, nativo sui vitio proclivis ad ruinam,
nullo fere negotio queat subruere; & otio abuti videri possit, qui
istas rancidas *Φλυαρίας*, & *μεθοδείας* operose profligare insti-
tuat; toties protritas & nostratibus passim conculcatas: attamen,
ut ne Thraconicus hic Feci alis ante inducias pacem glo-
riosè crepet, in cautoribus sub toga & sinu, quod dicitur, im-
ponat, & Irenonao praesens, post templum Ephesinum, forte
a basiatoribus ipsius, inter Reformati mundi miracula referatur;
operæ pretium non plane nullum me facturum spero, si,
huic *κενοιάμενω, ἔξωθεν μὲν φαίνοντι, ἔσωθεν δὲ γέμοντι ὀρέων*
νεκρῶν, καὶ πάσης ἀπαθαρσίας, Irenonao larvam & asciti-
um suum fucum detraham, & quam ruinofum, & nihil minus
quam divinissimum & sanctissimum pacis inter Reformatos
& Lutheranos ineunda Templum sit, ad oculum *Ἰν* ostendam.

§. 10. Antequam vero ipsum Irenonai hujus attingam li-
men, singulare, quò se ad hanc structuram Templi adductum
Architectus profitetur, pacis studium ac desiderium, ex verbis
Christi, pessimè detortis, haustum (si modo illud unquam a-
nimum Eridono poetæ subjicit] ad Lydium Scripturae Sacrae lapi-
dem exigendum venit. Multus n. est hic Bombomachides, ora-
tionem suam ex ordiens, tum in commendatione pacis, suiq; &
suorum (non tamen omnium, cum, fatente ipso, qui *pacis fece-
re periculum, bellum utriusq; partis sibi conciliarint, Et tantum non*
ab omnibus vapulent, iisq; ludibrium debeant Et cachinnas) istius

B

in-

inter Lutheranos & Reformatos fanciendæ desiderij; tum in detestatione plusquam Vatiniani, quod inter illos, qui genuini Christi discipuli esse cupiunt, obtinere graviter conqueritur, pacis odij, & extremæ aversationis. Et cum alias solamen sit miseris, socios habuisse malorum, *γνησίως* Lutheranos (quo loco, laudati nonnulli, quoad non migrant mentem suam, habendi non sunt) pari concordia talis Ariminensis desiderio teneri comminiscitur; quorum tamen nullus alia conditione, quam si Reformati deformati esse desinant, unquam ad illorum societatem se applicare velle, ullibi professus est.

§. II. Ut verò isti vel ficto & fraudulento, vel certè inconsiderato & impio abominandæ pacis desiderio aliquem conciliet colorem, togaq; pacis, seu pax togata, (quod prædicatum, ne sagat amputes, infra addit) quam Quiritibus literarijs & Commilitonibus suis togatis ante expositum prodit, quam Irenonauum aperit, non humana & ex Calviniano cerebro, Diaboliq; omnium Syncretistarum Patris, sinu profecta; sed divina, qualem jactat, cœcutientibus appareat, purpuram Spiritus S. suo prætexit panno, & à Christo, togæ hujus divinæ amplexum, si Eridinopoëtæ isti credimus, omnibus præcipiente, suoq; exemplo comprobante, lucem aliquam profano suo fœnerari contendit Irenonao. *Pacem, inquit, esse omnibus colendam Christinâ fide imbutorum quenquam temere non præterit. In præsens satis est illius, quod apud discipulum suum dilectum illum, in sinu atq; pectore suo recumbentem, Christus inculcat: Præceptum novum do vobis, ut diligatis vos mutuo. sicut ego dilexi vos, ita diligatis vos mutuo. Dilectionis Christi adversus nos finem esse dilectionem inter nos mutuam in dubium minimè vocandum. Hoc namq; contestatur Christus ipse, Veritas ipsa: Sicut ego dilexi vos, ut diligatis vos mutuo. Et paulo post: Si igitur Christus dilexit nos, nostri causa è cælo descendit, si humana carne se texit, si infirmitates nostras mortemq; ac pœnam in se contulit, diligimus nos mutuo. Si autem nos non diligimus mutuo, nec Christus nos dilexit, eoq; nostri causa è cælo non descendit, humana se carne non texit, infirmitates nostras in se non contulit, nostri loco culpam non præstitit.*

§. 12. Hæc est illa egregia membri primi & præcepti pacis
ἐξήγησις, & novello Scripturæ S. ac *ορθοδοξίας* perversorum
deformato æmulo digna, applicatio. De miror inusitatum
hominis multi jugæ doctrinæ (quam isto suo, orationi huic in-
augurali præmissio, programme, Logicæ & Metaphysicæ,
cui studio omnem suam apud exteros famam acceptam fert ibi-
dem, quisquilijs nonnullis turgido, literatis sat abundè pro-
bavit) usu celeberrimi, qualis suo videtur adulatori Mencilio,
acumen; cujus foetus sunt istæ, quas *ἀσυλλογίως* necit, se-
quelæ: *Christus discipulis suis inculcat mutuam dilectionem & suo
exemplo eandem ipsis commendat. Epax (eadem, quam discipuli
Christi invicem colere debebant) est omnibus colenda:* etiam Lu-
theranis cum Calvinianis intus & in cute professis & juratissimis
gloriæ Christi *θεανθρώπων*, ac Lutherani nominis, hostibus. *E.
dilectionis Christi adversus nos finem, esse dilectionem inter Cal-
vinianos & Lutheranos, minime in dubium vocandum.* Hæc n.
consequentia in veterani & emeriti Logices Professoris sterqui-
linio nata est.

§. 13. Porrò: *Si Christus dilexit nos, utiq;* (procul omni
limitationis temperamento) *diligimus* (minimum diligamus)
nos (in fundamento fidei toto cælo dissidentes) *mutuo!* Et
vice versa; (quæ propositionum harum *καθὸς πρότον* scilicet
indoles est) mutata saltem convertentis qualitate: *Si NOS non
diligimus mutuo, nec Christus nos dilexit;* quia baculus stat in an-
gulo, & cerebroso huic Logico adeò indissolubili vinculo dile-
ctio Calvinianorum & Lutheranorum (cur non & Photiniano-
rum, Judæorum & Turcarum, admitta illa crudâ & nullo gra-
no salis condita verborum Christi interpretatione) mutua
cum dilectione Christi videtur cohærere, ut de præterito &
præsenti istius actu & fructu dubitandum, adeoq; salutis despe-
randum planè sit, si forsan sequior affectus alterutrius partis
pacem spiritualem sufflaminet. Quo minus mirari quis habet,
quod *ἀναπρόδικτα καὶ ἀμετακίνητα* ista persuasionis argumen-
ta tot & tantos in cereâ, & cujuscunq; charitatis capacissimâ,
puerascens Eridonopoëtæ mente reliquerunt aculeos, ut non
potuerit sibi temperare, quin, partim contra conscientiæ dicta-



men, partim ex crassa deformatæ religionis juxta ac Lutherane discriminis ignorantia, quam passim prodit, tandem exclamaret: *Ego (Elias Grebentis) cum ex precepto Christi pacem colere habeo, cultam habeo, habebōq;* (cum Lutheranis, quibus transfuga non potest non benè cupere) *in exemplum Antecessoris Conradi (non Johannis, cujus duriora verba supra adducta sunt) Bergij, & Præceptoris mei, Gregorij Franci, Philosophorum pariter ac Theologorum incomparabilium.* En heroicum Calvinianorum Heroum simiam; qui quondam Lutheranus, summus in Philosophia Wittebergæ Anno 1652. honores ambiens, confessus est, & propria manu ac ore testatus, se Augustanæ Confessioni eiq; invariatae Anno 1530. Carolo V. Imperatori exhibitæ, & in libro Concordiæ explicatæ, *ὀλοψύχως* addictum esse! Si cæcus cæcum sequitur, nonne ambo in foveam se dabant præcipites?

§. 14. Utinam vero incomparabilium cæcorum suorum Ducum amore non occæcatus foret Eridonopoeta, in verborum Christi, in quibus omne sui ac suorum pacis desiderij præsidium ponit, applicatione, & præmissarum cum conclusione connexionem, magno Logicæ & Theologicæ suæ scientiæ, quam gloriose spirat, periculo, forsitan non adeò cæcutiret. Verum, illo semel in transversum abreptus, summa confundit imis, rotundis quadrata miscet; & seipsum vix intelligit, dum intelligendo facit, ut fermè nihil intelligat. Neq; enim dilectionis gradus, nec diligendorum hîc discernit classes; nec pacis, ut par erat, evolvit diversitatem. Alia sane Christi & discipulorum ipsius dilectio est generalis, quæ fovet omnes homines: alia specialis, quæ corporis Mystici membris propria est. Hæc, quæ cum primis Joh. XIII. 32. ubi illa Christi leguntur verba, discipulis injungitur, & ab Hæreticis expetitur, non ista, quæ etiam hosti debetur, Calvinianis denegatur; quæ nec Christus nec Apostoli Pseudodoctores (quos, ceu seductores, lupos graves, Pseudo-Apostolos, ministros Satanæ, operarios iniquitatis, canes, homines corruptos, & circa fidem reprobos, impostores, Anti-Christos, cavendos severiter indixere) nunquam sunt dignati; tantum abest, ut Christus ibi cum
Cal-

Calvinianis Syncretismum stabiliverit. Sed neq; generalis nec specialis activæ Christi dilectionis finis principalis est vel generalis vel specialis mutua hominum dilectio, sed omnium hominum salus & redemptio. *In hoc n. cognovimus Charitatem Dei; quoniam ille animam suam pro nobis posuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere.* 1. Joh. 3. 16. Dilectio verò inter nos mutua secundarius saltem dilectionis Christi finis dici potest; quatenus & illius suscitabulum est, & exemplar, ex quo duci & propagari debet; ad quod quanto propius accedit ista, tanto perfectior censi debet. Atq; eò facit vis particulæ *καθώς*, quæ tum causam impulsivam, tum fraternæ dilectionis modum, respicit. Noster autem deformatus charitatis Candidatus, nullius hic discretionis memor, quicquid in buccam venit, effutit; parum curans, de quacunq; dilectione loquatur Christus; quo ve sensu dilectionis Christi finis mutua inter nos constituatur dilectio. Ipsi n. indefinitæ dilectionis & solius secundarij amoris Christi finis meminisse satis fuit; ne, si vel hunc à principali, qui alias Calvinianis sordet, distingveret, vel dilectionis Christi modum, ad quem Redemptionis opus refert, definiret pressius, morbidam causam, & charitatis, quam in ore habet, cum dilectione Christi pugnam ipse proderet; atq; ita in limine statim sua cæderet vineta.

§. 15. Ea propter diligendorum etiam confundit classes, quas accurate verborum Christi Interpretem distinguere oportet: alia n. discipulorum Christi est, & domesticorum fidei, quos arctius & fraternæ complecti tenemur. Rom. XII. 10. Gal. VI. 10. 1. Thess. V. 8. 1. Tim. V. 8. 2. Pet. I. 7. alia Hæreticorum, & quorumennq; aliorum hominum, extra Ecclesiam viventium; ad quos dilectio nostra, non nisi limitatâ quâdam se diffundit ratione: *Hinc nec in domum recipiendi, nec AVE ipsis dicendum. Qui enim AVE dicit, communicat operibus ipsorum malis.* 2. Job. V. 10. 11. Huc a. non illuc, quò singularis dilectio ista spectat, referendi sunt Calviniani, quos tamdiu nostra fraternitate indignos judicamus, quo ad Christo obnituntur, & potius dispergunt, quàm cum ipso colligunt. *Qua n. conventio Christo ad Belial esse potest, aut quæ pars fidei eum infidei, qui consensus tem-*

pto Dei cum Idolis? 2. Cor. VI. 15. Prohibemur sanè cum infidelibus (non tantum Ethnicis, sed & falsis Doctoribus Tit. III. 10.) jugum ducere aut ullam μετοχήν, ullam κοινωνίαν, ullam συμφωνίαν, ullam μερίδα, ullam συγκατάθεσιν & societatem Spiritualem, quocunq; veniat nomine, cum his, qui bonum malum dicunt, & malum bonum: ponentes lucem tenebras & tenebras lucem: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum Es. V. 26. quales profectò sunt Calviniani, ullibi coire. Faceffant ergò hinc, & suam sibi rem habeant, seductores isti & pertinaces Calvinistæ; à simplicioribus probè secernendi, quos, quamdiu fundamentum fidei retinent, nec scientes veritati repugnant, pro fratribus in Christo agnoscere, Paulum Gal. III. imitantes, nihil dubitamus.

§: 16. Ex his nunc satis liquet, qualis illa, quam cum Calvinianis inire detrectamus, pax sit. Nimirum PAX non externa, Politica, Civilis, non temere ulli deneganda; momente Apostole ad Hebr. X. 12. pacem sectamini cum omnibus; sed interna, Ecclesiastica, Mystica, & Spiritualis. De utriusq; discrimine memorabilia Lutheri verba extant T. 4. Lat. Jehn. in c. 5. Epist. ad Gal. f. 160. *Politicam* (quod gravissimum iudicium B. Lutheri. T. 3. Jehn. Germ. iudicium est) *pacem cum istis hominibus equidem colemus, quo ad verò societatem Spiritualem vitabimus eos, damnabimus, dum Spiritus hos regit artus, tanquam, depravatores verbi divini blasphemos & mendaces. Interim ab ipsis tanquam hostibus toleraturi per se cutionem & discordiam, quamdiu permissum hoc illis à DEO fuerit: pro ipsis etiam preces ad Deum fusuri, & monendo instituturi, ut desinant. Sed blasphemias ipsorum tacere aut probare neq; possumus nec volumus.* Pax enim Christi καλή καὶ ἐπιτῶ καλῶ καὶ θεῶ (ut Nazianz. Orat. 12. loquitur) συναπτῶσαι, vel (ut Isidorus Pelusiota l. 3. Epist. 246. eam eleganter definivit) τῆ δισκαιουνη καὶ τῆ εὐσεβείας σεμνομένη esse debet, & in ὁμοψυχία fidei fundata, quæ veritati cœlesti nihil derogat; juxta illud Zachariæ XVIII. 19. *Tantum veritatem & pacem diligite;* ut pote quæ sine istâ ne cogitari quidem potest, cum Christus, cujus pax illa est, sit ipsa veritas. Joh. XIV. 15. *Quomodo apud illos pax illi bata esse potest, apud*
quo

quos fides integra non est? querit Augustinus orat: de 5. hares. c. 6. in lib. contra Auxent. Et Athanas. in Epist. ad Antioch. monet: Omnibus ante ponere debemus istius modi pacem, quæ sanæ fidei est. Unde, qui somniat (inquit Excellent. Dn. D. Calovius in dedic. Ster. Bergio oppositi) spirituales animorum conjunctionem, vigente infide dissensione, is profectò bis ineptus est; semel, quod per sonarum mysticam unitatem fingat, sine fidei unitate: iterum, quod speret concordiam spirituales, in ipsa spirituali discordiâ. Hanc ipsam pacem Christi, pacem veram, pacem sine inimicitis, cuius dux & custos Christus est, Lutherani cum D. Hieronymo volunt, & non solum volunt, sed & rogant: Illi verò paci, quæ cum veritatis jactura conjuncta est, & propter quam conservandam periclitatur verbum Dei (qualem offerunt Calviniani; sive probari sive tolerari saltem velint suam *σκολιοδοξίαν*) cum Lutheromertò maledicunt.

§.17. Atq; hoc pacis, inter Lutheranos & Calvinianos in undæ, odium tanto beatius & laudabilius est, quanto magis Calvinisticum istius vituperandum studium, & execrandum: istud n. voluntati Christi, qui non venit admittendum pacem istam, quam Calviniani ambiunt, τῆ κακία συναζευγμένον; sed gladium, contra Pseudo prophetas ejusmodi intrepide stringendum, apprimè congruit, æquè ac officio ministrorum Ecclesiæ. Tit. I. 10. II. Hinc Gregorius Nazianzenus ad quæstionem, num pacem cum Hæreticis colere, an verò bellum religionis cum eis continuare præstet, tam eleganter quam prudenter respondet, in Orat. I. de pace & reconciliatione monachorum: Melius est dissidium pietatis causâ ortum, quam vitiosa seu fucata concordia. Item in Orat. 3. Pro Christo belligerandum esse ostendimus, & in ipsa pugna Christum pacificum & mitem, ac portantem iniquitates nostras, imitamur. Neq; pacem tamen sic colimus, ut propter opinionem lenitatis quidquam contra verbum veritatis toleremus. Neq; enim bono malum venamur, sed legitime pugnantes pacem tamen colimus, intra nostros limites & regulam Spiritus consistentes. Et in Synodo Dordr. sess. I. p. 4. 5. hæc emphatica reperiuntur verba: Fac (ô Deus) perpetuò cogitemus meliorem esse talem pugnam, quæ nos Deo (qui est veritas) proximos facit quam

quàm pacem illam, quæ separat à Deo: Duas item esse amicas ac
sorores geminas, Veritatem & pacem: neq; ad nos pacem venturam,
si sororem ejus veritatem non dilexerimus, &c. Calvinianorum
verò pacis cum Lutheranis desiderium, non tantum verbo di-
vino, officio fidelium ac ministrorum Christi, & praxi Ortho-
doxæ Ecclesiæ contrarium est; sed & scandalosum, mere car-
nale, subdolum, Samaritanicum, periculosissimum & exopta-
tum Satanæ vehiculum ad Epicureismum & Atheismum, ple-
nis velis in Ecclesiam Dei invehendum; id quod à Nostratibus,
Ireno poetarum Antagonistis, in scriptis suprâ laudatis jamdu-
dum satis superq; demonstratum. Perfrictæ ergò, imò nulli-
us frontis esse oportet hunc Eridono poëtam, qui Calviniano-
rum pacis spiritualis cum Lutheranis ineundæ culturam cum
Christi dilectione contendere non veretur; cum illi potius καθ-
δ'ιάμετρον repugnet. Nam (ut hoc unum hîc attingam) dile-
ctio Christi ἀνυπόκριτος est, & sincera; Calvinianorum verò
hypocritica, fraudulenta, & merè fucata. Quis enim credat
seriò pacis negotium administrare istos, qui pacem cum Re-
monstrantibus, propius, quam Lutheranos, ad Calvinianos ac-
cedentibus, colere recusant; qua de illorum tyrannide Remon-
strantes in Apolog. contra Censuram 4. Profess. Leidens. ipsi con-
queruntur. vid. B. Hunnius §. 25. de dic. διασκ. & p. 422. Quis
amicam fraterni erga nos affectus istis in esse putet, qui varia-
rum heresum nobis inurunt notam, & calumniosis titulis ac
opprobriis nos onerant, quin anathematum in nos evibrant
fulmina. Vid. Würtenb. præfat. Refut. Consens. Orthodox.
Schlüsselb. Theol. Calv. l. 2. c. 1. 12. 13. l. 3. c. 6. Hunn. p. 28. διασκ.
Sigw. p. 11 Adm. Christ. B. Hoe. p. 272. 273. tract. contra Budowet z
B. Hülfem. p. 33. Calv. Irrec. Dn. D. Calov. præfat. Cr. S. qui scom-
mata ista collegerunt. Annon hæc ipsissima idea est volunta-
tis signi, non beneplaciti? Verbis concordiam sonant, re ipsa ser-
vitutem postulant (quæ Hereticorum astutia est, secundum Hi-
eron. Epist. 13.) ut, nobis deceptis & cedentibus, longè latèq;
dominari, & venenum suum liberè disseminare possint:

§. 18. Hæc verò nostri à Calviniano cœtu separatio
eò trahi non debet (uti nostram ερεφλότητι assuetus mentem
per

per vertit hic pacificator) ut si Calvinianos promiscuè *gehennæ* immergendos nonnulli *Lutheranorum* dicant. Eò enim temeritatis nunquam progressi sunt Lutherani, ut Ecclesias ipsas, Calvinianæ religioni addictas, damnarint; cum discrimen inter seductos auditores, quorum aures sæpe puriores sunt labiis doctentium: & inter præfractos seductores, convictos, sæpeq; admonitos, atq; nihilo secius errores obstinatè & pertinaciter retinentes, veritatemq; blasphemantes, non ignorent. *Qui enim sententiam*, inquit August. T. 2. Ep. 162. p. 725. *suam, quamvis falsam atq; per versam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia præsumtionis suæ pepererunt, sed à seductis atq; in errorem lapsis Parentibus acceperunt, querunt autem cautè & sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter hereticos deputandi.* Non ergò absoluta, sed restricta, non ab affectu carnali profecta; sed corrigendi animo suscepta, existimari debet illa Ecclesiastica Calvinianorum condemnatio; cujus causam, quam desiderat Eridono poeta, eandem habent, quam Paulus ad Gal. I. insinuat, exclamans: *Quicumq; aliud Evangelium prædicaverit, quam quod annunciatum est, anathema sit.* Quo minus Calvinianorum innocentia vindex tueri potest. *Questionem illam, an cum Calvinianis pax facienda, in quâ litis summam conlocatam dicit, hoc titulo disputari, quod ob hæreses bene multas æternæ mortis obstringantur, quatenus Christo ejusq; Ecclesie nihil sollemnius, quam A MUNDO adjudicari Diabolo.*

§. 19. Sed tempus est, ut accedamus illum divinißimum sanctissimum Irenonauum, laceratâ illa, quam hæctenus obtendit, sordidatâ pacis togâ, & ipsam causæ occupemus arcem. Quod si enim à fundamento istò, quo superstruere voluit, dejiciatur istud Satanæ latibulum, & fundamentalis doctrinæ nostræ & Calvinianorum discrepantia, quæ aliàs Solis disco exposita est, & à nullo, nisi infrunito, in dubium vocari potest, asseratur, conclamatum erit de pace Lutheranis cum Calvinianis ineundâ, & sponte suâ corruet ruinosus iste Irenonauus. Qui verò gratiam apud Rever. Irenonai hujus Præpositum inire voluerit, peculiari & inusitato Idiotismi & τεχνολο-

C

γία

via eiusdem, Romanæ linguæ nitorem, cui aliàs, nequid suffe-
 stimatores celet, se operam impertire gloriatur, tantisper
 cum barbarie commutantis, ante assuescat, quàm in hoc se
 penetret sacrarium. De precatur n. delicatius aurium judici-
 um Artifex, benevolentiam captans, & persuasum sibi habet,
 neminem, si terminum *ARTIS* (paciscendi) minus latinum, lati-
 num tamen in modum (qui ipsi hic est terminatio in *ISMUS*) u-
 tatur, sibi, qui nitore Romanæ linguæ operam impertit, succensu-
 rum esse: perpensa Argumenti præsentis *Qualitate*, & *PERFE-*
CTIONE significandi, periphrases incommodas & longas de-
 clinante. Opuerile ridiculi capitis compendium! quod ipsi
 soli proprium esse oportet, ne forte æmulatori sue currat Bar-
 barismus, Solæcismus, Grebnizismus, Grobianismus, Stul-
 tismus, Schismaticismus, Hæresismus, Syncretismus &c: At
 forte subest Stratagema. Dignius scilicet & convenientius
 patella hac non poterat habere operculum propagator Syn-
 cretismi. quem, beneficio in ventæ, & pro phantasiæ suæ acri-
 moniâ, subtiliter ex cogitatæ istius *Imaginismi*, *Exorcismi*,
 (quæ vox Latinâ civitate donata facilius toleratur) *Confessionis-*
mi, *Hostiismi*, *Oralisismi*, *Ubiquetismi*, *Prævisismi*, cum Syncre-
 tismo, quo ad terminationem, convenientiæ, hoc feliciter pro-
 pagare poterit, quo facilius cum *Imaginismo*, *Oralisismo* &c. Syn-
 cretismum arripere & deglutire possunt Lutherani; ob svavissi-
 mum *ὁμοιοτελευτίας* istius tenorem. Adde, quod crambe toti-
 es recocta & olida novo isto opus habuerit jusculo ac condi-
 mento, ut ne ipsorum filiorum pacis palatum. vetus istud fer-
 mentum fastidiret.

§. 20. Posthæc de *pacificis filiorum pacis qui pacem ro-*
gatam pectoribus inclusam domo in Acroaterium tulerant, auribus
certior, in gloriam pacis, Irenonæum ipsum aperit, & contenta-
ordine depromit. In scriptio, quâ in signivitiatum, immane
 quantum tum divinitatis tum sanctitatis præ se fert. *SAN-*
CTISSIMUM scilicet & DIVINISSIMUM TEMPLUM Illud est,
 si Diis placet; quo sanctius, quo divinius efformari, aut con-
 strui non possit. Credo, per somnium, cum valetudinem va-
 riam, quam in programme conqueritur, & forte etiam fe-
 briles

briles æstus expertus est, vidisse hunc moribundum Archi-
 tectum istud Samaritanorum, Apostatarum, & religionis
 mixturæ, crassiore Cuthæorū relicta superstitione, Autorum,
 Templum (quo de vid. Constantinus L' Empereur in notis ad
 מסעות שלרבי בנימין p. 169. & Hottingerus. p. 10. 11. Exercit. An-
 ti-Morin.) ab Hierosolymitano diversum, in monte Garizim,
 à Sanballatho, Cuthæo, genero suo gratificaturo, veniã ab A-
 lexandro M. impetratã, extructum; cujus, à Johanne, filio Si-
 meonis, cognomento Hyrcani, destructi, ut vivam seculo
 huic, Irenicorum & Samaritanorum, feracissimo, restitue-
 reteffigiem, hunc suum exstruxit Irenonaum, de cujus cum
 isto conformitate nullus dubitabit, qui Apostatæ hujus propo-
 situm, & quæ *Zemach David* inter alia de veteri Irenona part.
 I. p. 26. refert, exactius perpenderit. *Hi Judæi* (Cuthæorum castra
 secuti) *extruxerunt, inquit, sanctuarium in monte Garizim, ut of-*
ferrent holo causta & sacrificia, EXTRA DOMUM DOMINI.
Constituit hac secta sibi statuta & judicia, qua ex CORDE suo fin-
xerat. Fuit a. sanctuarium illud in lapidem offensionis & in petram
offendiculi, quoniam tunc DIVISIO facta, mediã parte populi Si-
meonem justum, & complices ejus, alterã verò sequente Sanballa-
thum, & generum ejus &c. quibus gemina apud Authorem
 libri *Juchasin* leguntur p. 14. Quotus quisq; ergò non suspici-
 at & veneretur istum sanctissimum & divinissimum (quippe im-
 pii, fanatici, & blasphemii Calviniani genii abortum) IRENES
 templum, non à pace ineunda; (multo minus in itã, unde olim
 nominabant pacis templa, vid. Dn. D. Danhauerus in *wieder-*
grus p. 7.) sed ab IRENE, Imperatrice orientali, cui in perfidiæ,
 truculentæ, & insidiarum palæstra palmam ambigam facere,
 quandoq; possent Calviniani, denominandum. Est n. si adul-
 terinus ipsius diluatur color, nihil aliud quam Erynnonaus,
 Calviniani Spiritus insaniã, calumniis, hypocrisi, impuden-
 tia, aliisq; ipsius sordibus, unde quaq; refertus; & Eridonius
 pacisq;, quam Lutheranis (quos ceu Magos, Idololatrias, Caper-
 naitas Anti-Christi reliquiarum custodes, ad Mundum, Ecclesiæ
 christi oppositum, pertinentes &c. fraterne traducit) offert,
 cum rectã ratione insaniens, Erynnicus Eridono poeta GREB-
 NIZIUS, Sepulchrum prælentissimum; quæ nativa ipsius facies-

integumentis, quibus involuta, remotis removendis, magis magisq; jam jam elucescet.

§. 21. Est vero hoc Irenes templum eundem in modum, ut alia, seu Mausolea, seu quaecunq; stabula, Vestibulo & Penetralibus exstructum. In vestibulo recondita sunt ceremoniae in penetralibus articuli fidei. Ostensurus enim causam damnandi Calvinianos Lutheranis nullam esse, & cognatam istam, an cum Calvinianis pax ineunda sit, quaestionem resoluturus, nec ob Ceremoniarum, nec ipsorum dogmatum discrepantiam, ipsos ullo modo damnari, aut excludi a spirituali fraternitate posse, probare sustinet Eridonopoeta. Hic autem, salva conscientia, potuisset ista, quam in Lutheranorum perstringendis, & Calvinianorum celebrandis ceremonijs, promovendae pacis ergo, collocavit, supersedere opera; cum, juxta illud Irenaei, *dissonantia jejuniij fidei consonantiam non tollat; & talis Adiaphororum dissimilitudo unionem Ecclesiae non magis ledat, quam dissimilia spatia dierum ac noctium, ut in Aug. Confess. p. 32. 152. docetur.* Neq; eo nomine Lutherani Calvinianos vel damnare, uti pacis Turbator queritur, vel fraternam ipsis dextram denegare, unquam inducere animum; etsi cum maxime istam, quam suis vulgo affingunt ceremonijs, necessitatis (absolutae, non tantum ordinis, quam concedit Form Conc. p. 615. 191.) opinionem, merito impugnent; & nostras, quas tantopere infestant, & necessario abrogandas esse clamitant Calviniani, ceremonias omnibus modis, ut par est, asserant. Ubi tamen non tam Ceremoniarum, quam diligentissime conservandi articuli de libertate Christiana, quam Calviniani destructum eunt, in se suscipiunt atrocium Lutherani; praesertim eo tempore, quo veritatis caelestis confessio requiritur: in quo confessionis & persecutionis casu inter res adiaphoras non amplius numeranda sunt tales ceremoniae, quae speciem quandam defectionis ad adversarios praeserunt, vel quibus saltem externe simulatur (ad effugiendam persecutionem) ac si nostra religio a doctrina adversariorum (qui mutationem ceremoniarum pro mutatione dogmatum interpretantur) non multum dissideat; ut graviter monet F. Conc. p. 162. 190. 191. 193.

§. 22. Sed horum omnium vel ignarus vel immemor
magno

magno conatu magnas nugas agit hic Ceremoniarum nostrarum osor; & de Ceremoniis quidem in genere, ut ὅς ποὺ πρό-
 τερον faciam, ita nugatur infra: *Nihil ex Ceremoniis quibus Lutherani à Reformatis dissident, ostendi poterit, quod aeterna morte dignum indignos nos reddat, quibus cum Lutherani fœdus percutiant. Ceremonia nostra ex simplicitate* (libertatem Christianam simpliciter non rarò evertente) *ad primitivæ Ecclesiæ (cui, nullam ullius Ceremoniæ absolutam necessitatem agnoscenti, nostræ potius accepto ferendæ, quod B. Meisnerus cum primis in Colleg. Adiaphoristico probat) modum compositæ non habent quicquam* (imò plura, alibi, etiam à *Spec. Refut. αμοιβ. Autoribus, passim reprehensa) quod improbet vel ipsa Calumnia, (à qua tutiores, quam Spiritus Sancti censura, agere possunt Calviniani) Lutheranorum Ceremonia ex Antichristianismo* (quo cum repurgatæ hodiè nihil vitii commune habent, quo ve longè anti quiores sunt plerèq; *visu à idololatrias* (quæ nulli ceremoniarum nostratum perse & inse parabiliter adhærens, in Grebenzii saltem phantasiâ nidulatur) *obnoxia ex propria hypothesis* (quæ Calvinianorum de ceremoniarum necessitate, cum ipsarum natura, libertatis christianæ usu, & verbo Dei Gal. 5. .1. Col. 2. 16. 1. Cor. 7. 23. pugnante sententiâ tanto præstat, quanto verum falso) *Adiaphora* (non ratione observantiæ; sed essentiæ: non quod sine omni exceptione, quoties & ubicunq; libitum fuerit, eas vel omittere vel usurpare proprio arbitrio liceat; Sed quod per sese sunt *αδιακριτα καὶ ἀπαγαθήντα*, divinitus nec præcepta nec prohibita, & suapte natura neq; bona neq; mala; sed *ἐν μέσῳ κείμενα*, vel media, quæ protemporum, personarum, locorum, aliarumq; circumstantiarum ratione, consensu Ecclesiæ, usurpari vel omitti, recipi vel mutari, liberè & absq; peccato, possunt.)

23. In specie vero ex nostris Ceremoniis (quas omnes arrodere non audent Calviniani *Vid. Confess. Helvetica prior c. 27. p. 57. Anglicana § 17. p. 96. Czengrina art. 13. p. 157. Consensus Polonia § 18. p. 170. Argentinensis c. 14. p. 190. Saxonica art. 17. p. 83. Württembergica art. 32. p. 136. Bohemica art. 15. p. 197. 220. 224. 233. 236. Thoruniensis, discussa Præside B. Hülfemann, aph. 19. quamvis istam to-*

lorantiam factis suis non declarent) Exorcismum, Imaginum, Confessionis auricularis, & Hostiarum usum carpit. IMAGINES offerunt se in ipso templi hujus limine; quo loco illas, quæ tolerari possunt, veterum æmulus, Architectus noster data opera videri poterat reposuisse: ut templum hoc perlustraturi in limine statim quædam, quibus suos oculos pascerent, inveni-erent oculifera; atq; tanto avidius ipsa pervidere adyta expeterent, quanto luculentior horum ornatus præliminari esse solet. Verum enim verò, Calvinianorum more, Erynnicum Iconoclastam agit, & quas in vestibulo recondidit imagines, detestatur ipse, & ne profanetur sanctissimus Ireonæus, Zelo ἡ κατ' ἐπιγνώσιν æstuans, singulas eliminat.

§.24. Congreditur a primo cum calumnia (quæ huic alumno suo multum passim hic facessit negotij) in calumniandi, & calumniæ alios in simulandi, campo non levis armaturæ miles. *Imagines*, inquit, *detestamur non omnes; quod calumnia nobis imponit, sed obscenas &c.* Verum nullius hinc calumniæ Lutherani postulari possunt, quibusdam Calvinianorum omnium imaginum rejectionem tribuentes: cum Calviniani ipsi inter se discordent; alijs omnes in loco sacro; alijs ubiq; alijs licitarum nullas nullibi detestantibus. Omnes in loco sacro imagines plurimos Calvinistarum repudiare in aprico est; id quod de imaginibus Christi, Angelorum, & Sanctorum nudorum, Dei, & Diaboli (historicis quibusdam forte, & id genus alijs, memoriæ, ornatus, & salutaris admonitionis causa factis, circa quas se mire torquent, exceptis; si salva Calvinianorum hypothese excipi possunt) concedit sagatus hic pacificator. Quosdam vero illorum omnes ubiq; abominari, Iconoclastarum, Carolstadium æmulantium praxis & intempestivus fervor comprobat; quibus istud Epiphaniij, ne imagines tolerentur in domo communi, valde placet. *vid. B. Bald. in gründlichen gegenberichte von den Bildern p. D. 4. & B. Hunn. p. 404. seq. διασκ.* Calvinianorum verba & rationes, quæ imaginum cuicumq; usus adversantur, allegans. Apertè mentem suam declaravit confessio Helvetica prior. c. 4. hisce verbis: *rejecimus non modo Idola gentium, sed etiam simulachra Christianorum.* & §. 2. addit:

in discriminatim in Mose & Prophetis prohibitas esse imagines: quæ etiam Catech. Heidelberg. p. 54. expresse dicit: Nullas prorsus imagines, etiam si nec ad cultum prostent, nec ad adorationem proponantur, licitas esse. Et generalis illa Bedæ de imagine Christi crucifixi blasphema vox est, quam in Colloq. Mompelg. p. 418. eructavit. FATEOR ME EX ANIMO CRUCIFIXI IMAGINEM DETESTARI: quæ est imago crudelitatis Judæorum in Christum. IDEO EAM NON POSSUM FERRE. Quem Massonius p. 3. Anat. c. 19. p. 411. nequicquam excusat. Ad hæc si imagines etiam, quod de ceremoniis nostris in genere affirmat Grebnicius, visu à idololatrias obnoxie sunt, & contra disertam Scripturam, prohibentem, ne fiant quidem imagines, quod infra objicit, veniunt; id quod passim aliàs oggerunt Calviniani: omnibus certè, ubicunq; inveniuntur, infensos esse oportet Calvinistas, qui, fatente Grebenicio, Imaginibus carent; non alia de causa, quam quod sudes in oculis ipsis sunt. His omnibus tamen in os contra dicunt alij, præsertim qui Ex. 20. cap. nobiscum de Imaginum cultus prohibitionem explicant, imaginum licitarum nullas nullibi temerè rejicientes. Confer. disp. 8. Th. 6. Colleg. Iren. Himmel. Spec. Refut. & μοιβ. p. 123. 124. ubi Calvinianorum, ne in templis quidem imaginum honestarum usum improbantium, verba extant.

§. 25. Porro Imagines, quas & ubi detestentur Calviniani, adducit Irenicus. Removet a. (1.) obscenas in sacro loco & sacris libris exhibitas, quæ infantulum, plebeja lingua (ne quis Romanæ elegantia hic ipsum oblitum putet) Christum, Angelos, & Sanctos virgineis oculis (quos puerilibus, & procul dubio etiam senilibus opponit) contemplandos exponunt nudos. Ex quarum lasciva contemplatione, in VI. præcep. prohibita, flagaciter nonnulla exsculpit absurda, quibus se non minus oblectat, quam fatigat. (2) Imagines Diaboli (3) Imagines Dei Patris Filij & Spiritus S. Cæteras historicas, typicas, & quæ non obscenæ sunt, consultò præterit; etsi imagines quaslibet in scriptura sacra interdictas esse postea ogganniat.

§. 26. Obscenas, & ad scandalum ciendum accommodatas, imagines non tantum in sacro loco & sacris libris, ut hic

Ico

Iconoclasta, sed ubiq; nos ipsi detestamur; solas honestas, pias, & decentes tolerantes; quantumlibet quædam illarum de Papistarum, non nostrâ testentur idololatria. Sed ad istas, Christi, Infantuli, Angelorum, & Sanctorum imagines, quales in nostris quidem habentur Templis, quo jure referre potest Imaginismi hostis? ubi locorum offendit vel Christi, vel aliorum, vel etiam Protoplastorum (quorum obscœna repræsentatio omnino improbanda est) adeò turpiter denudatorum, ut offendiculo esse, vel etiam Dijs Deabusq; nudis Ethnicorum, quò postea delabitur, conferri, possint à nobis in Templis erectas imagines? Larvis opus habuit febricitans, quibus cum certaret, scrupulosus obscœnorum venator; cujus genius satis ex his, quibus paginam hanc implere ipsum non puduit, elucet: *An hac ratione, addit, in sancto loco sanctas & Angelicas cogitationes mentibus injicere licet? si qualis causa talis effectus, ligneam putarim & obscœnam devotionem, à lignis illis obscœnis, tanquam in delubro Veneris, injici. O ligneam meditationem & obscœnam sollicitudinem! Antibi, mi Grebnici, hac ratione in sanctissimo, divinissimo Irenonao tuo, quem non possunt non istæ, quas somnias, obscœnæ imagines, & tuæ contaminare imaginationes, togatorum commilitonum mentibus ligneam & obscœnam hanc cogitationem impunè, tanquam in delubro Veneris, injicere licuit? Lepidum, si non ligneum, tuum oportet esse caput, in quo lepori isti Topico locus est, ut viso ligno obscœno lignea (lapidea, coriacea, aurea, pro objectorum varietate) & obscœna statim virginibus, de quarum lascivis oculis, si ligna etiam obscœnatam graviter offendunt istos, potissimum sollicitus est, menti injici statuatur cogitatio; quia qualis causa, quæ hîc celeberrimo Logico objectum notat, talis effectus. Anne obscœnum lignum potius, quam phantasiæ lascivi hominis fertilitatem istarum cogitationum causam ponis? Anne hunc Axiomatis sensum tuis instillasti, Logices & Metaphysices Professor, discipulis, ut tuo exemplo omnes tam feliciter istum, atq; cæteros Canones Logicos, & Metaphysicos, applicare possint? Egregium hoc eruditionis tuæ Logicæ & Metaphysicæ documentum est; quod si cum reliquis, quæ in hoc scripto tuo*
ex-

existant, comparatur; nemo non sibi persuadere potest, te, per octennium partes tuas functum, exteris innotuisse; ringente calumniantum invidia. Quod si verò per octennium tantas tibi eruditionis Philosophicæ comparasti opes, quantus Theologicæ prudentiæ ac sapientiæ (de qua accuratius Irenonauum tuum per-Iustranti jam pridem tantum videris imbibisse, quantum de ista,) futurus erit cumulus, si centum annorum puer evadas. Non equidem invideo, sed miror magis, & doleo lapsum tantæ Metaphysici memoriæ, quâ excidit, lippis & tonsoribus nota, distinctio inter id, quod per se, & per accidens usu venire solet. *Mundis omnia munda sunt; immundis vero* (qui ex suo ingenio alios judicare solent) *nihil mundum; sed inquinata sunt eorum mens & conscientia.* Tit. 1.16. Scrupulum, qui ipsum vellicat, eximere poterunt Patrono suo tum pueri, tum virgines & matronæ, quarum famæ non minus ac illorum devotioni consuli posse inter seria jocatur, si nudæ ante puellares statuuntur oculos. *Hic me scrupulus, ait, vellicat, si juvenes & viri sancti, ad excitandam devotionem, ante oculos puellares statuuntur nudi, qui fiat, ut non virgines & Matronæ sanctæ ante oculos pueriles statuuntur nudæ; eum in modum quo prima parens.* Certe uterq; sexus devotionis instrumentis (qualia nudorum imagines, quales, nedum obscœnas, nunquam vocarunt Lutherani) equo gauderet, nec soli viri & prima parens estimarentur sancti & beati (quia alicubi depinguntur nudi) quasi in despectum feminei sequioris sexus.

§. 28. Porro Imagines Diaboli, etsi non magnificamus istas, neq; quodvis cujusvis audaculi & petulantis Diabolum pro lubitu depingendi institutum laudemus, non damnamus præposterè: cum Scriptura Sacra nec has simpliciter prohibeat, nec contemnendus illarum interdum usus esse possit. Quod vero easdem Iconoclasta damnari existimat à decantato Axiomate: *Diabolum non esse in pariete depingendum, cum ultro veniat;* ridiculum est, & à famosiori proverbii istius sensu alienum. Quis n. saniorum ita colligat: Diabolus non est in pariete (temere) depingendus (nominandus, pro vocandus, invitandus) cum ultro veniat. E. plane nullibi, nec in historia

D

ex-

extremi iudicii, Jobi, duelli christi cum eodem, delineatione pingi debet?

§. 28. Jam quod ad Imagines S.S. Trinitatis, non omnes Calvinianorum easdem abhorrent, fatentibus *Embdeno contra D. Vietorem p. 26. & Crocio in consider. triad. c. 12. qui ipse p. 134. Apol. pro Aug. Conf. Contra Menz.* concedit etiam istas historias biblicas, in quibus manifestationes Dei occurrunt, imaginibus & picturis exprimi posse ad memoriam; etsi ad ornatum locorum civilium tantum referat. Et certè nihil periculi subest si picturas istas Dei non *ιδωσ* & *αιυτς σιωσ* prototypi representativas, ex proprio privatoq; conceptu formatas; sed symbolicas, & memoriales esse, & juxta revelationis *εικονομια* confici; non Deum ipsum, sed ejus manifestationem saltem pingi, notetur.

§. 29. Distinctionem inter locum, vel librum sacrum; & profanum; seu tolerantiam imaginum privatam & publicam in Templo, refutatam etiam a *D. Danb. disp. 3. Decal. §. 11.* ipsa, quam subnectit, imaginum detestationis ratio convellit. Quod si enim non tantum *severissimè interdicta sunt imagines Dei; sed & cæteræ*, quod præ tendit, *contra disertam Scripturam veniunt, &* quod alii Calvinianorum sæpius objiciunt, *visua Idololatrias obnoxie* sunt; quâ conscientia in privatis ædibus, vel alibi, quas in Templis ex isto capite repudiant, fovere possunt imagines? Sed commodum ad istam Calviniani confugiunt distinctionem, ne imagines Mariæ, Apostolorum, aliorumq; Sanctorum, auro & argento impressas, aversari videantur cum Turcis, quibus aliàs hîc admodum favent. id quod *B. Luth. T. 2. Witteb. f. 451.* observat; *Zu der heiligkeit gehôret auch/das er (der Türck) keine Bilder leidet/und ist noch heiliger den unsere Bildersüemer/ den die leiden und haben gerne die Bilder auf den gülden/ Groschen/ Ringen/ und Kleinoten/ aber der Türck gar keine/ münhet eitel Buchstaben auf seine Müns.*

§. 30. Sed jam Calvinianæ imaginum abominationis ex S. literis accersit stabilimentum; *imagines Dei omnium severissimè interdictas esse* garriens. *Nec solide excipi putat, imagines (quascunq;) esse interdictas, ne adorentur, cæteroquin admissas: quod hoc disertam Scripturam contra veniat, quæ in Exodo distin-*
ctis

Etis versibus 3.4.c.20. (quorum quartus cum quinto & sexto præcepti primi specialem explicationem absolvit; uti vel ex accentuatione præceptorum, accentuationi versuum opposita, & à *Buxtorfio Thef. Gram. l.1.c.5.p.59.seq.* & *Boblio in pecul. Tract.* assertâ, patet; & tertium illustrat sequens, imagines, quæ adorationis causa fabricandæ non sint, recensens) *vetet utrumq;.*
In Deuteronomio & Esaiâ apertis longisq; concionibus, ne fiant quidem. (cultus & adorationis ergo; ut vel ex Deut.V.8. cum Levit.25.vers.ultimis collatione manifestum est.) *Id quod Diericus* (cujus Catechesin ex Nostratum scriptis tantæ lectionis Theologus inspicere non dedignatus est; in Lutheranorum scholis olim fortè memoriæ mandatam) dicente, non probante *Grebnizio, de Deo Patre & Spiritu sancto* (quem cum illo iuxta apparitionum, quas allegat, ductum sine impietate non minus, ac Christum depingi posse, rectè asserit) *negatum ire minus sustinet.* Hic vero vetus Calvinianorum coccyismus est, quem denuo tædiosè recitare non piget custodem veteris fermenti; à quo tamen jam diu Decalogum, & textum sacrum Nostrates purgarunt; nusquam in tota Scriptura, nedum in Decalogo, absolutè & omnino, sed ea fini tantum, ne cultus divinus ijs tribuatur, imaginum fabricationem & sculpturam prohiberi, exactè demonstrantes. Sed noster *Eridonopoëta* nihilominus *Exodi distinctos versus, Deuteronomium, & longas Esaiæ obvertit conciones, ubi simpliciter, ne fiant quidem, prohibitæ esse* narrat. Quo concessio, omnium, etiam animalium, imaginum usum moraliter prohibitum, per se turpem & illicitum, earumq; abrogationem simpliciter, sine omni exceptione loci aut temporis, necessariam statuatur, necesse est. Cur ergo Calviniani non omnes detestantur? cur domi & in profanis locis quasdam admittunt? Hæcine illa Calvinianorum erga Deum Legis latorem reverentia est; & sancta *divino interdictione de imaginibus audientium*, quos infra vocat, præceptorum eius observatio? Cur tam diversis de imaginibus scinduntur sententijs, & tot se hic exponunt fluctuationibus, si disertam Scripturam & præceptum Dei (quod absurdè Calviniani pleriq; à primo distinguunt) Imaginismus contra venit? *Θέλοντες εἶναι νομοδι-*
δάτ-

διδασκαλοι, μη νομισι αλγευσι, μητε περι τινων διαβεβαιενται.
1. Tim. 1. 7. Agnoscunt absurdam hanc locorum Scripturae de-
torisionem ipsi Calviniani, qui pro Lutheranis socio suo respon-
dere possunt. Calvinus ipse in Catechismo pag. E. 2. nostris acce-
dit partibus. Non quamlibet, inquit, simpliciter picturam vel
sculpturam his verbis damnari, intelligendum est; sed tantum i-
mages prohibemur facere in hunc finem, ut in illis Deum vel qua-
ramus vel colamus, sive, quod idem est, eas colamus in honorem
Dei, aut quoque modo illis ad superstitionem & idololatriam abuta-
mur. Et Zach. Ursinus in Explic. Catech. part. 4. p. 118. fatetur:
Non simpliciter hic prohiberi à Deo, facere vel fieri images, quia
sic damnaretur ars pictoria, sculptoria, fusoria, textoria, quae
inter eximia & vitæ humanae utilia Dei bona Scriptura numerat. Et
Salomon in solio suo leones & in templo palmas & Cherubim iussu
Dei sculpi curavit. Quibus gemella apud Zwinglium l. 3. in cap.
20. Ex. f. 115. leguntur ut & apud Conrad. Vorst. qui in causis deserti
Papatus disp. 5. th. 10. Exod. 20. Levit. 26. Es. 42. images tales
non nisi respectu idololatriæ & similis alicujus abusus prohibitas dici
agnoscit.

§. 31. Ea propter non est, quod Grebnizius mirari velit,
illos, qui verborum proprietatem (uti Calviniani improprieta-
tem) magno conatu agunt, plana ac dilucida Spiritus S. verba
(qui εικονοποιταν vetent) non posse advertere: nullus enim in
sacris literis, qui nostræ de Imaginibus sententiæ adversetur, a-
pex exstat. Ubi ergò integra, sibi adversa, inveniant verba,
vel dicta Lutherani; quæ ipsorum Calvinianorum, etiam
Calvini & Zwinglij, qui Epidaurij sociis suis serpentes sunt,
oculorum effugiunt aciem? Mirantur potius Catechume-
ni Nugigerulum Catechetam adeo ineptire, & tum in
verborum Spiritus Sancti, Solis radiis scriptorum, expli-
catione tum levioris controversiæ hujus enucleatione, tam
turpiter nutare & hallucinari, ut tyro non magis possit. Sed
ut addiscat tandem iste Imaginismi rofor, Calvinianis cau-
sam, (quam Lutheranos habere negat, quare cum Calvinianis, nos
tanquam præcepti divini transgressores, & Idololatrias damnan-
tibus, & Christianam labefactantibus libertatem, contendant,
ne-

*medum aeterni ignis, uti dellrat, damment, divino interdicto de
 Imaginibus audientes, iisq; carentes) licitas detestandi imagines
 nullam suppetere, hoc, superpondij loco, domi concoquen-
 dum, accipiat, quod Schröderus in pugillo Ascetico, Apod. 7. p. 393.
 pro imaginum usu subministrat argumentum: Quicquid 1. A
 Deo ipso religionis gratiâ aliquando est factum 2. Ut fieret ab aliis, e-
 jusdem Spiritu est effectum. 3. Ut esset pars Levitici cultus, ab eodem
 est sancitum 4. Factum ab alijs miraculose ab eodem est approba-
 rum: 5. Nullo morali præcepto est prohibitum 6. Est mundis mun-
 dum 7. A primitiva & vetere Ecclesiâ est libere usurpatum 8. Et
 deniq; in templis non contemnendam utilitatem habet, id sane in
 templis Christianorum habere licet. Atqui de imaginibus ho-
 minum & rerum sacrarum illa omnia dici possunt (uti ibidem,
 & à B. Meisnero l. cit. evictum) E. in templis Christianorum, ne-
 dum alibi, illas habere licet. Quod si autem Iconoclastam i-
 stum tan rus de imaginibus triumphandi pruritus exercet, hanc,
 quæ Judice, post Augustinum serm. 6. de verbis Dom. T. X.
 f. 25. & Lutherum T. 3. Jehn. f. 38. ipso Zach. Ursino in c. 19. Es.
 volum. 2. tract. Theol. p. 534. demum vera & legitima & victoriosa I-
 dolorum expugnatio est, victoriam ipsi non invidemus, quando
 in animis hominum vanitas eorum redditur manifesta. Tum enim
 non tantum ab hostibus, sed etiam ab iis, qui prius illorum superstiti-
 oso cultu fascinati erant, conculcantur & abjiciuntur.*

§. 32. Deinde in vestibulo advertit librum Irenicus Ar-
 chitectus iste, atq; in isto EXORCISMUM, quem lancinet, de-
 prendit. Hic autem perquam strenuè calumniatur & amo-
 rem suum fraternum, quo Lutheranos, Exorcistas, & incan-
 tadores prosequitur, cuius satis testatum facit. Exorcismus,
 inquit, *Cacodæmonem ex infantibus, ubi non reperitur, ejicere
 satagit, nomine Dei* (cujus honorem hoc modo promoveri o-
 stenditur in B. Meisn. d. 5. th. 10. Adiphorist. *citra præceptum Dei;
 nomine Dei Patris, Filij & Spiritus S. in vanum assumpto. Quod
 quomodo à Magias & incantationis nota liberent, viderint* (ipse
 enim nec Exorcismum, nec seipsum intelligens, hinc se, nedum
 Lutheranos, consilij inops, expedire nescit) *Exorcistæ* (quales
 ministri Ecclesiæ nostræ, sublato dono compescendi & ejicien-
 di

di demonia, hodie absurdè dicuntur. *Vid. Chemnit. p. 2. Ex. Conc. Trid. p. 397.*) *Expeditur cum publica professione incantationis.* (qualem istam immundi spiritus, ut ab infante, propter peccatum sibi mancipato, & in spiritali captivitate à se detento, cedat, ac Christo Redemptori & Spiritui Sancto Regeneratori locum relinquat, ad jurationem & obtestationem esse, egregiè criminatur.) *Adhibetur nomen Dei* (cujus autoritate hominem, Deo initiandum, deserere jubetur; sed non in vanum sumitur; quod vel in Catechesi Dieterici versatus advertit: exemplo Pauli I. Thess. 5. 27. Zach. 3. 2.) *adhibetur ad expellendum Diabolum:* (quod delirium suis verbis infra refutat) *adhibentur characteres, qui ex lineis & verberibus* (quibus puer hæc evomens, meritò exciperetur, ne dum adultus, characteribus magicis, Lutheranis usitatum, signum crucis, superstizioso contradistinctum, à *Forbesio p. 394. instit. hist. Theol. Maresio T. 2. p. 520.* contra Tirinum, & Hemmingio in I. Joh. ep. circa finem, alijsq; Calvinianis probatum, blasphemè equi parans) *æreis se invicem (& maxillas hostium signi crucis pervices) se cantibus constant. Omnia procul jussu Dei,* (speciali; quia Adiphora ista sunt; non autem) *contra jussum Dei. Quemadmodum filios Scava* (incantatores, quibus cum nihil Lutheranis commercij, quod horum fratri nemo invidet, intercedit) *fecisse in Actis proditum legimus. At enim* (calumniandi provincia ista tantisper missa ad leniora inclinat) *per Diabolum exauditur* (non ipsum) *peccatum originale* (sed Satanus spiritaliter infantem obsidens.) *Exorcismus* (Magicus, non Ecclesiasticus, in primitiva etiam Ecclesia, & ante Papatûs exortum, sed non eodem modo, nec eodem fine semper adhibitus) *ab incantatoribus ad incantandum indutus, hinc ad alios* (incantatores, non Christianorum Ecclesias) *derivatus, anne ea ratione servandus, qua aliud sentitur aliud dicitur* (qualis discrepantia cordis & oris Exorcismi formulam, & figuratam loquendi rationem, qualis & Eph. 2, 2. Joh. 13. 2. occurrit, iatelligenti in mentem venire non potest.)

§. 33. *Scilicet* quot hîc lineas duxit Eridono poëta, tot effudit calumnias. Spongiam tamen, quâ istæ deleantur, ipse suppeditavit; dum in formula Exorcismi *per Diabolum peccatum*

tum

*sum originale exaudiri, adeoq; Diabolum, ne ex Lutheranorum quidem hypothefi, in baptizandis reperiri, sponte sua confessus est. Cur ergo, Calumniator, qui nullum Calumnia locum relicturum te in programmate promiferas, tam audacter calumniaris, & in Lutheranos, tanquam Exorciftas, in cantationem publicè profitentes, & vim Diabolum, corporaliter infantem obsidentem, ejiciendi Exorcifmo tribuentes, inftar furibundi debaccharis? Itane, ô Dave, fratres tui in Christo idonei tibi videntur effe, quibus tam apertè illudas, & abufus nominis divini, & in cantationis crimina, à quibus iftos ipfamet tua abfolvit confcientia, impingas? Sinotas iftorum criminum, fronti tuæ in uftas, tamdiu circum ferre deberes, dum, ex ifto legitimo Exorcifmi ufu, Lutheranos in cantationis & abufus Nominis divini convinceres, æternùm profectò ftigmatibus notatam & punitam frontem haberes. Sed quam frivola & evanida fint omnia ifta machinamenta, nemo non intelligit, qui genuinam Lutheranorum fententiam tenet. Ifti enim 1. liberè (etfi per accidens fepè obfervantiæ imponatur neceffitas) Exorcifmo, generaliter fumpto, & Ecclefiaftico, non tamen, qui in primitiva Ecclefia viguit, miraculofo utuntur; omni fuperftitione & abufu libero. 2. Non de obfefione infantum corporali, quam verba, non nihil duriora, (in gratiam tamen Adverfariorum nequaquam mutanda) præferunt; fed fpirituale eorum in regno Satanæ captivitate loquuntur. 3. Ufum Exorcifmi non effectivum; fed fignificativum ftatuunt; de quo, & aliis ejusdem utilitatibus *Conf. B. Meifn. l. c. D. Gerh. L. de Bapt. §. 263. Giffenf. T. 5. d. 13. p. 428.* alij. Non ergo Exorcifmi fœditas, quæ nulla eft; fed defiderij errores de liberorum ante Baptifmum fãctitate, de Baptifmi efficacix, & peccati Originis extenuatione, commodius propugnandi & propagandi vehementia faces iftas & ftimulos hanc ceremoniam elidendi animis Calvinianorum fubdit. Quo magis obviam eundum iftis tenebrionibus, qui Exorcifmo, aliisq; ceremoniis, in fui gratiam proferiptis, ipfis purioris doctrinæ luminibus officere, tenebrasq; offundere clanculariâ ratione infiftunt. Sed laterem lavant, quoad non solve-*

solverint Nostratum, quod coronidis loco, pro libero Exorcismi usu, adjicio, argumentum: *Quodcumq;* 1. ab ipsis sanctis Patribus, & reliquis piis hominibus in Ecclesia institutum. 2. bono fine susceptum. 3. nec in verbo Dei specialiter prohibitum; sed 4. generaliter in illo comprehensum, & deniq;. 5. in libro hominum arbitriopositum est servare & omittere, illud est adiaphorum, & pro circumstantiarum diversitate, vel abrogandum vel retinendum. Exorcismus est talis E.

§. 34. Porro occupat *Sellam confessioni auriculari sacram.* Et postquam semel constituit in nugandi, calumniandi & (quod præfiscinè dixerim) splendide mentiendi, fratresq; insectandi campo suas periclitari vires; calumnia calumniam tradit, & nugis spissa passim succedunt mendacia. Ex horum numero est illud, quod confessionem auricularem *Arcanum Anti-Christi ad subdendos Laicos excogitatum* vocat. Sed Arcanum est tum Calumniæ, quæ, si alia desit occasio, criminandi argumentum, quocumq; potest modo, comminiscitur: tum Anti-Christiani spiritus vertiginis, qui Grebnicium agit, in veritatis præjudicium & ludibrium, Assertorum ejusdem mentem malitiosè pervertentis. Nam quamvis discrimen inter Pontificiorum & Lutheranorum confessionem privatam, vel ex libris nostris Symbolicis, si evolvit unquam, manifestum, vix ac ne vix quidem ignoret: Lutheranis tamen cum Pontificiis collusionem hic affricare non erubuit effrons Eridonopoeta. Quam seriò verò istam Pontificiam peccatorum singulorum enumerationem, bonarum mentium carnificinam, Lutherani detestentur, Lutheri cum primis & aliorum nostratum Zelus argumento esse potest. *Vid. Luth. T. 1. Jehn. Germ. p. 7. 46. 63. 398. 411. 507. T. 1. Jehn. Lat. p. 456. T. 2. Jehn. Lat. p. 276. T. 3. Jehn. Germ. p. 160. 161. T. 4. p. 345. T. 5. p. 15. 218. T. 6. p. 108. T. 7. p. 369. it: B. Chemnit. p. 2. Exam. Conc. Tri. p. 351. 354. D. Gerhard. L. de Pœnit. §. 102. D. Dietericus in Christlichen Bericht von der Weicht und Absolution p. 16. &c.* Præterea tantum abest, ut à Pontificiis confessio & absolutio privata Lutherana excogitata dici possit, ut potius à primitiva Ecclesia suos natales ducat: vide Chemnitius l. c. & B. Dn. D. Meisneri th. 13. 23. d. 7. Coll.

Ad

Ad. quin exemplis Vet. & Nov. Test. comprobetur. Vid. Chemnit. p. 343. l. cit. Fund. Ded. Marp. p. 1036. etsi omnibus istis circumstantijs, quæ, propter ἐσχημοσύνην καὶ οἰκονομίαν, hodie accesserunt, tum non fuerint circumscripta.

§. 35. At regerit publicæ confessionis orthodoxæ hostis. 1. solius Dei esse peccata condonare. 2. dicta, quæ pro confessione auriculari ex Scriptura S. adducuntur, loqui de peccatis publicis & disciplina Ecclesiastica. Respond. ad 1. Committit crassissimum causarum subordinatarum Elenchum; cui similes isti, quos Logices tyro, cui fungus pro cerebro est, admitteret: Deus nos justificat: E. non justificamur fide. Deus nos salvat: E. non Evangelium. Distingvenda est remissio αὐτοκαταρκτικῆ ἢ absoluta à διακονικῆ ἢ legatariâ. Illâ petimus, ut Deus largiatur nobis id, quod solus & αὐτεξουσίως potest: hæc oramus, ut minister id, quod non potest ex se, sed quod habet ex gratia, nobis conferat: *Ministri n. inquit Calvinus l. 3. Inst. c. 4. §. 12. verbi testes ac sponsores constituti sunt, ut de remissione peccatorum certiores reddant conscientias, adeo ut ipsi quoque dicantur remittere peccata & animas solvere.* Id quod §. 14. pluribus confirmat. Ad 2. Resp. Dicta Scripturæ S. quibus præcipiatur confessio & absolutio privata, Lutherani quidem nulla urgent; unde nec istam, tanquam simpliciter necessariam, & à Deo præceptam, observant: attamen inter ista, quæ à solis hominibus sunt introducta, eam non referunt; cum partim dicta Scripturæ S., ubi privata clavis solventis applicatio, confessionis privatæ correlatum, Ministris Ecclesiæ vel maximè conceditur, Matth. 18. 18. Joh. 20. 22. partim manifestis, ut Davidis, in Veteri coram Nathane, tanquam coram tribunali Dei, 2. Sam. 12. 13. Ps. 51. 1. Et in Novo, à Johanne baptizatorum, Matth. 3. peccata sua privatim confitentium; & tum Christi Matth. 9. 2. Luc. 7. 48. tum Pauli 1. Cor. V. 5. 1. Tim. I. 20. privatim absolventium, nitatur exemplis. Quo si intendit digitum Grebnizius, oppido fallitur, dicta pro confessione auriculari, ex Scriptura S. deprompta, de peccatis tantum publicis & disciplina Ecclesiastica loqui grunniens; quanquam inter alias, quas præstat Confessio privata, utilitates plurimas, à D. Hütter. c. 28. Iren. p. 117. D. Baldw. l. 4. Cas. confc.

c.2.caf.2.p.113.D. Menz. in Ex. Aug. conf. art. 11. in anal. n. 6. D. Diete-
rico p. 23. l. d. alijsq; laudatis enumeratas, & à Calvinianis in Fund.
Deduct. Marpurg. p. 1037. & à Meisnero th. 32. 35. Coll. Ad. citatis,
etiam ad discipline Ecclesiasticæ (cui afferendæ olim ista, cu-
jus Chemnit. p. 345. loc. cit. meminit, multum frequentata) con-
servationem, eandem multum momenti afferre, non diffi-
teamur.

§. 36. Quæ vero causæ istæ sint, ob quas Calviniani
(quorum non pauci p. 1037. Fund. Deduct. Marpurg. & th. 37. d. 7.
coll. Ad. Meisn. allegati, sui quasi obliti nobis subscribunt) priva-
tam confessionem exterminare tantopere desudant, in proclivi
est colligere. Aperuerunt mali fontes Fund. deduct. Marpurg.
p. 1034. & Sigward. p. 680. Admonit. Christ. Nimirum ministerij
interni ab externo separatio, & absoluti decreti assertio, inter
alia istud confessionis privatæ Calvinianis odium instillant; quo
non possunt non æstuarè, quicunq; in eodem cum Calvinianis
luto hærent. Etenim si Deus solus peccata immediate remittit,
& quidem illis tantum, quos ab æterno elegit; ministris certè Ec-
clesiæ facultas peccata remittendi, tanquam soli Deo propria,
minimè adscribi potest. Nos vero cum *Luthero T. 1. Jehn.*
Germ. f. 109. mille & amplius mille mundos, si nobis essent, malle-
mus amittere quam ut istius Confessionis privatæ vel minima par-
ticula ex Ecclesiis eliminetur, permittere. Et pro ceremonia hac Ec-
clesiarum nostrarum hoc subijcimus argumentum: *Quicunq;*
ritus in S. Scriptura nec est mandatus, nec prohibitus, sed ejusdem ut
& orthodoxæ Antiquitatis nititur exemplis; præstat multas & in-
signes utilitates; à S. Patribus & Adversariis hoc nomine com-
mendatur; is certè est probandus & retinendus. At quiritus Confes-
sionis & Absolutionis privatæ est talis, quod prolixius probant
supra citati. E. vid. & D. Hutter. in gründlicher Antwort auf die
Berlinsche neue Zeitung c. 1. p. 26. D. Tarnovius de Minister. Eccle-
siast. c. 23. p. 805.

§. 37. Tandem lacessit *Monstrantiam*, quam vocat,
Hostias exhibentem, quibus imago Christi, in cruce pendentis,
impressa. Ubi denuò, Andabatarum more, suam calumni-
andi expleturus libidinem, cum cerebelli sui phantasiis pu-
gnat.

gnat. Hanc n. nomine monstroso monstrum, Anti-Christum monstrantem, ejusq; Characterem, absolutissimæ Idololatriæ promum condum, vel ex Antichristianismo relictam, vel ad exemplum compositam esse, clamat. Monstrosè satis! Quæ (malum) monstrofa & horrenda tandem facies spiritualis istius fraternitatis futura? quam cum fautoribus tanti monstri, & absolutissimæ idololatriæ promis condis, Lutheranis, contrahere vehementius exoptat; Monstrorum, non Lutheranorum consortio dignissimus, & in Africam cum vocabulis & placitis suis monstrosis deportandus, Erynnicus monstrorum & Idolorum promus condus. Causam monstrofitatis, ut hîc ita loquar, ipse nullam depromere potest, nisi, quod: vel ex *Anti-Christianismo relicta*, vel ad exemplum composita videtur. Verùm, utrobiq; à janua, quod dicitur, aberrat. Nam hostiarum usus ante Papatum invaluit; etsi temporis articulus accurate definiri non possit. *vid. Sp. Refut. αμολβ. p. 729. Meisn. tb. 12. 13. d. 9. Coll. Ad. B. Feurborn in der Schriftmässigen erklärang von dem heiltgen Abendmal p. 38. 39. Multominus ad exemplum Antichristianismi composita est;* quamvis iisdem, ut alijs ceremonijs nonnullis nobiscum utantur Pontificij; cum ibi ad sacrificium Missaticum, quod & nomen redolet, adhibeantur: in nostris v. Ecclesijs distributioni corporis Dominici inserviant. Inde & incommode Monstrantia nomine veniunt, præsertim postquam ritus elevationis panis & vini, quem B. Lutherus contra Carolstadij furorem aliquandiu à tempore reformationis liberè, abolitâ tamen ἀτρολατρεία Papisticâ, retinuit, (*vid. Hütter. in Form. Conc. p. 1028.*) penitus exolevit.

§. 38. Ne verò criminationis quid reliquum hîc faceret Calumniator noster, *jure merito, an hostia panes sint, dubitari* arbitratur. Rationes dubitandi hasce affert: tum, quod *usui humano & alimento vitæ, quod panis essentia postulat, ineptæ sint;* tum, quod *à naturâ panis, quem Christus adhibuit, diversissima.* Resp. Hostias panes, seu potius veri panis particulas, esse, concedit *Emdenus in Kurzen schriftmässigen bericht p. 16. 17.* Et definitio veri panis, qui ex farina & aqua bene pistus (uti *Pareus in*

Christl. bed. von Brod und Brodbr. describit. p. 59) Sapidus & ad
nutriendum aptus esse debet, quicquid sit de accidentali mo-
do, & externa hostiarum forma. Nihil n. inter est, sive usitatus,
sive inusitatus, sive azymus s. fermentatus, sive majoris s. minoris
quantitatis, s. oblongus s. rotundus, hinc adhibeatur panis. Elum-
bis ergo, si non puerilis, est illa Grebnitij exceptio; [quæ tam
facile rejicitur quam affertur; cum ipsi reclamet experien-
tiæ; quam vix Carthesius, ad dubitationes quasvis natus, cujus
sputum aliàs lingunt de formati Philosophi, sub dubitationis
aleam vocaret. Quod si a. locoveri panis spuma & nebu-
la ejusdem, uti criminantur, substituta, S. coenam nos muti-
lare, adeoq; principali ipsius parte quadam carere, sibi omni-
no persuasum habet, viderit, quo jure Hostiismum in vestibulo
Irenonai sui locarit, quave conscientia (si dictamen ejus, Ma-
gis, Idololatriæ, & Anti Christi asseclis mysticam obtrudens
confœderationem, quicquam curat) fraternitatis spiritualis
vinculo nobis jungi possit. Interim pro libero hostiarum usu
militet hocce argumentum: *Cujuscunq; rei usus nec à Deo præce-
ptus, nec prohibitus, licite commoditatis ergo, à Christianis olim,
hodieq; ex Christiana libertate prudenter approbatus, ab ipsis Ad-
versariis admissus, & per se irreprehensibilis est, ab illo necessario,
ad instantiam præsertim Adversariorum, recedendum non est. Atq;
hostiarum usus est talis. E. Minor ex dictis constat, & illustratur in
nostratium scriptis. vid. D. Menzeri Summarischer Bericht c. 12. p.
35. seq. D. Tarnov. l. 2. de S. S. Minist. c. 10. q. 3. p. 1071. D. Meisn. p. 1. Philo-
soph. sect. 3. p. 951. D. Finck. p. 2. Schedias. Sch. 2. p. 180. seq. Joh. Lysthe-
nij Rettung Hans Knorrens p. 155. seq. ubi Calvinianorum simul
fraudes, & causæ, ob quas hostias, quarum tamen usurpatione
non omnes Calvinianorum Ecclesiæ abstinent, fatente Pareo p.
95. 96. in Christl. bedencken, tanto conatu oppugnant, deteguntur.*

§. 39. Hactenus plus satis suis indulsit Furijs, & calumni-
is, nugisq; & mendacijs tantum non omnes vestibuli Irenonai
sui implevit angulos, noster IRENES æmulus felicissimus. Re-
stat ipsius Epiphonema, & Irenicum celeusma; postquam ge-
neralis ceremoniarum Calvinianarum cum Lutheranis colla-
tio, quam hinc instituit, jam supra strictim enervata est. *Nobis in-
quis*

quit omiffa (Lutheranorum ceremonie) cur damnent in Christum credentes? cur à Christo feparent, quos neq; mors neq; vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; potestates, neq; prefentia, neq; futura, neq; Altitudo, neq; Profunditas, neq; Creatura alia valent feparare? Proh Deum atq; hominum fidem, quid eft, fi hæc non hypocrifis dicam an infania eft? Lutheranos ingentibus conflictatos defectibus, ceremoniarum Papifticarum Patronos, Magos, Idololatrias, quin & cœnæ mutilatores effe, hæctenus, Grebnizi, aufus es afluere; nunc vero fraternam tuam ex pandis brachia, ut amplexari & in manibus habere, ac fovere poffis iftos, quos nulla cœli nec terræ injuria à complexu tuo avellat; quamvis ifti Calvinianos, uti fingis, ob ceremoniarum diffenfum æterno igni adjudicent, ac damnent. *Oratio tua blanda, & ad gratiam compofita, melleus quidam laqueus eft; juxta Diogenis Apophthegma apud Laertium: Vulpes (Calviniana) dolofa eft, ut Hugo fup. c. XIII. 23 Luca loqui amat, & fatens, latendo in foveis; tortuofè incedit, & magnam caudam habet, qua tegit veftigia fua, ne appareant.* Quis vero non deprehendat leonum ungulas, draconum fauces, ferpentum venenatos morfus, effrenam impudentiam, & malitiam? nifi ad ignorantie afylum fortè confugere, & pacifcendi conditiones pariter ac pacifcentium fententias te nunquam intellexiffe fatis, confiteri velis. Iftud vero Paulinum quomodo ad iftam, à Christo & Paulo damnatam, Orthodoxorum cum Heterodoxis conjunctionem quadret, nemo non videt, qui genuinum dicti fenfum novit, & Christi ac Calvinianorum doctrine Antithefin primis deguftavit labris. Summatim: in amore ifto hæc omnia infunt vitia, injuriæ, inimicitie, bellum.

§. 40. Sed castra movet pacificus bellator, & Irenonai fui perlustrato vestibulo, pandit penetralia: ubi, convitiarum non nihil pertæsus, papavere ac fefamo quali fparfa verba durioribus fubinde mifcet, confenfum Lutheranorum in articulis fidei hoc leviozem effe probaturus, quo major in ceremonijs diffenfus. Neminem v. offendat penetralium anguftia & arctior vestibuli circuitu (ubi quatuor terminorum portenta occurrunt, quorum hîc tria tantum fiftit,) ambitus. Sepe etiam

suilli stabuli antica pars posticam sua excedit capacitate. Et illa Calvinianæ phantasiæ indoles est & felicitas, ut in Irenonais exstruendis longè vulgarem Architecturæ transcendat rationem; cum nec difficile illi sit, quævis contenta pro quocunq; continente apprehendere, &, positis imaginibus, libro, sella, Monstrantia, matre, filia, & Prævisismo, somniare templum. Sed forsan terminis monstrosis, quibus cætera dogmata involveret, destitutus fuit; vel fusior & vehementior in ceremonijs, quam dogmatibus, conferendis esse voluit Eridonopoeta; ut non tam in his quam illis inter nos & Calvinianos discrepantiæ momentum positum videretur. Quam simplicioribus imponendi viam Irenicorum plures jam olim calcarunt,

§.41. Quanquam verò fundamentalis nostræ & Calvinianorum doctrinæ discrepantia tam manifesta & indubitata sit, ut ne Calviniani quidem, qui, quantum distent æra lupinis, intelligunt, illam inficiari ausint: eo tamem impudentiæ de novo hinc prolabitur, sive malitiæ s. ignorantie editurus specimen, Irenicorum ineptissimus *Grebnizius*; ut in ipsis fidei articulis svavissimam quasi Calvinianorum cum Lutheranis conspirationem, & non nisi in levioris momenti punctis quibusdam differentiam, asserere non vereatur. Quod ipsum ut eo facilius ignorantie fratribus persuaderet, nullos non ingenij sui in pingenda, emollienda, dissimulanda, nostræq; assimilanda, Calvinianorum sententia intendit nervos; nec ullis dolosis verborum lenocinijs & flexi loquarum locutionum involucris pepercit, quibus ad occultandum pestilentis simæ doctrinæ Calvinianæ venenum opus esse videbatur. Quopacto Buceri (svadentis Martyri, referentibus Lavatero & Simlero in vita Martyris, *ut obscuris & ambignis plane ejusmodi loquendi formulis in doctrina de Eucharistia uteretur, e quibus nemo possit animadvertere, utri dissidentium parti addictus esset*) monito se audientem quam maximè præbuit. *ut favorem scilicet utriusq;*, quæ consilij Buceri ratio erat, *retineret*. Nam impietas sola, inquit Augustinus in quast. ex V. & N. T. *non potest proponi, quia non invenit*

nis

nit emptorem, & ubi lex Diaboli est, si ipse nominetur, horretur; Sed sicut mel veneno admiscetur, per quod latet, ita & legi Diaboli quadam admiscetur, & nomen veritatis applicant: sed utriusq; sensus judicandus est, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, ut fallat, ut, cum maligna predicat, bona putentur.

§. 42. Hac dulce amaro, nigrum albo miscendi arte fretus tria, Lutheranos inter & Calvinianos controversa, religionis puncta, suâ operâ componenda, in proscenium producit: *Oralismum* nempe, *Ubiquetismum*, & *Prævisismum*. Quæ Pseudotheologi hujus notiones re & voce monstrosæ sunt. Nulla enim illarum rei notatæ, seu articuli controversi exhaurit latitudinem; quod vel per transennam controversias, quæ de Sacra Cœna, Omni præsentia Carnis Christi, & Prædestinationis decreto, (non sola *ἡ προγγώσις* s. prævisione, *θεοπροπέωσις* explicandâ) Lutheranis cum Calvinianis intercedunt, lustrantî constare potest.

§. 43. Ex his primum aggreditur ORALISMUM seu manducationem corporis & bibitionem sanguinis Christi oralem. Hanc *infaustam omnis dissidij matrem* vocat, & Calvinianorum de ista sententiæ colorem inducere conatur; ad quævis præfractè neganda potius, quam pallianda, aptissimus, fallaciarum Captator. *Calumnia*, inquit, *nobis affingit in Sacra Cœna credere solum panem solum vinum, sola signa. Heresin illam execramur in Photinianis.* Credimus & confitemur, manducari Verum & Substantiale Corpus, bibi Verum & Substantialem Sanguinem Christi. Idq; Manducatione & Bibitione Verissimâ, Realissimâ, Propriissimâ. Non quidem Synonymicâ, Univocâ & Immediatâ; Sed Paronymicâ, Analogicâ & Mediatâ: Mediantibus Pane & Vino. Non Naturali, Corporali, Orali Caparnaitica; Tamen Supernaturali, Spirituali, Sacramentali, Fiduciali. Quid discriminis jam nos inter & Lutheranos relinquitur? Convenimus Objecto, quod est Verum & Substantiale Corpus, Verusq; & Substantialis Sanguis Christi. Convenimus Re & Formali Actionis, quod est



„est Vera, Realis & Propria Manducatio. Convenimus
„modo actionis, qui est Supernaturalis, Spiritualis, Sa-
„cramentalis. Convenimus Effectu, qui Nos cum Cor-
„pore, immò Animâ Christi & Divinâ Naturâ, Totâq;
„SS. Trinitate individuo nexu copulat, & Membra Chri-
„sti facit omnipotente Cibo sanata. Si enim Fimbria Ve-
„stimenti ejus nos salvat, utiq; magis ipse Christus, arctis-
„simè Unitus, ejusq; Merita in nos translata. Discrepamus
„uno Prædicato Actionis, quod est Oralitas. Idq; non
„Mediata, quæ fit in Pane, sub Pane, & per Panem; Sed
„Immediata quæ fit in ipso Corpore, Ore Corporis. Hanc
„in præsentem Mysterio negamus, vel ex Hypothesi. Enim ve-
„ro si Cogitationes Naturales hinc ablegandæ. Si Man-
„ducatio est Supernaturalis, minime Naturalis, utiq; nec
„In mediata Oralis. Quod pace ipsorum dixerim, *Lu-
„therani* heic videntur Rationi Humanæ nimium quan-
„tum adhærescere, contendentes, Manducationem
„non esse Veram, non esse Realem, nisi fuerit Immedi-
„ata Oralis. Quod est conditio Rei & Actionis, Cibi &
„Manducationis Naturalis, jam longissimè abstrahenda.
„Rationi Humanæ debetur, Corpus Christi non posse
„Verè & Realiter accipi, non posse Verè & Realiter
„manducari, nisi Corpus Ore Corporis accipiatur, in
„Essentia præsens. Neq; n. in Naturalibus aliud cer-
„nere est. Simplicis Fidei, Fidem Scripturæ Sacræ tri-
„buentis, est Corpus Christi Verè & Realiter accipi; Li-
„cet Substantia atq; Essentiâ Cælum conscenderit. U-
„trumq; à Scripturâ Sacrà testatum simplici Fide credi-
„tur. Modum qui scire avet, non alium credere habet
„extra eum, quem Scriptura Sacra revelat: Supernatura-
„lem, Spiritualem Sacramentalem. Non Falsa Conse-
„quentia & Ratio Humana infert: Naturalem Oralem;
„Capernaiticum. Interea largiemur, Nos uno illo Præ-
dica

dicato Oralitatis errare. An propterea in Christum,,
 Credentes, seq; ejus Corpus & sanguinem verissimè,,
 participare Credentes, etiam sibi Meritum Christi fir-,,
 mâ Fide adplicantes, duxeris Sacrà Cœna indignos,,
 Æternâ Morta dignos, quibus cum æternè belletur Bel-,,
 lum Orale. Docet ne id Scribtura Sacra? Jubet ne Chri-,,
 stus, cum Sacram Cœnam instituens, hæc inculcaret:,,
Novum Præceptum de Vobis, ut diligatis &c. Credens,,
 salvari potest absq; Sacramentis, uti Contemptus dam-,,
 net, non Privatio. Nonne Apostoli infirmitatibus ob-,,
 stricti ante Mortem Christi erant majoribus?

§.44. Resp. Doctrina sana de S. Cœna mater dissi-
 dij non nisi per accidens, propter hæreticorum ἀνομιαν καὶ ὑπε-
 φλόγητα, dici potest; qua ratio ne tota Scriptura S. pomum
 quoddam Eridos Calvinianis erit; contra quos Spiritus gladio,
 non oleæ ramo, instruxit suos Christus, omnis dissidij cum
 Diaboli & hujus organis Autor & Promotor, Longè rectius
 cœcæ rationis Idolum, & absolutum prædestinationis decre-
 tum omnis dissidij cum Calvinianis, cruentis lacrymis deplo-
 randi, parentes ponuntur: ipsius n. controversiæ de præsentia
 corporis & sanguinis Christi in S. Cœna (cujus origo & progres-
 sus in annot. Histor. Fundam. S. Cœnæ B. Chemnit. annexa descri-
 bitur) genetrix est rectæ rationis in rebus fidei apud Calvinia-
 nos prærogativa.

§. 45. Calvinianis à calumnia, ejus Luthera-
 nos postulant, affingi; quod *solum panem, solum vinum, sola,*
 &, non ratione cujuscunq; significationis, sed materiæ coelestis,
 nuda, hoc est, corpore & sanguine Christi vacua credant, non
 nisi calumniosè dicitur. Clara sunt Zwinglii, à Calvino, rei-
 ipsa ipsi suffragan *tel. 4. instit. c. 14. §. 13.* reprehensi, verba, *quæ T.*
1. in epist. ad quandam Germ. civit. p. 296. habet: *panem, scribit,*
& vinum in cœna hac non aliud quam signa duntaxat esse. quibus
 consonant alia, à Nostratibus (maximè à Dn. D. Calovio §. 51.
 seq. defens. Ster. Anti-Berg.) hinc inde citata, de corporis &
 sanguinis Christi in Eucharistia absentia, ipsius & aliorum Cal-
 vinianorum testimonia. *At q; isti sunt crassi admodum, qui perspi-*
 F cuis

cuis & claris verbis id apertè profitentur, quod corde sentiunt: quod videlicet in cæna Domini nihil amplius quam panis & vinum sint præsentia, ibiq; distribuuntur, & ore percipiuntur. Alij autem sunt versuti & callidi, & quidem omnium nocentissimi Sacramentarij. Hi, de negotio cænae Dominicae loquentes, ex parte nostris verbis splendide utuntur: & præseferunt, quod & ipsi veram præsentiam veri, substantialis, atq; vivi corporis & sanguinis Christi in Sacra Cæna credant; eam tamen præsentiam & manducationem dicunt esse Spiritualem; quæ fiat fide. Et hi posteriores Sacramentarij (quorum versutiam & præstigias imitatur Grebnizius) sub his splendidis verbis (quibus multis magnis & præclaris viris imposuerunt p. 727. sol. decl.) eandem crassam, quam priores habent, opinionem occultant & retinent; quod videlicet præter panem & vinum nihil amplius in cæna Domini sit præsens, & ore sumatur. Vocabulum n. (spiritualiter) nihil aliud ipsis significat quam spiritum Christi, seu virtutem absentis corporis Christi, ejusq; meritum, quod præsens sit; uti Form. Concord. p. 598. 725. seq. observat; istud mysterium fraudis revelans. vid. B. Chemn. Fundam. S. Cænae p. 26. 27. L. de S. Cæna p. 480. D. Menzerus. T. 3. Gissens. d. 7. th. 5. seq. & art. 13. Exeg. p. 625. seq. D. Himmel. Diss. 3. Testam. sect. 1. B. Feurborn Diss. 17. synt. 2. th. 11. & p. 182. seq. der Schriftmess. erkl. von H. Abendmahl. Ded. Fund. Marburg. p. 550. 714. 898.

§. 46. Ita ergo participatio corporis & sanguinis Christi Calvinianis, tum crassis tum subtilioribus, *ἁρετικὴ* & *συμβολικὴ*, imaginativa, typica, Analogica, significativa, & spiritualis tantum est; cujus farinae & præsentia illa corporis & sanguinis Christi, quæ materia cœlestis, non nisi in cœlo præsens, ipsorum sensibus tum naturalibus, intellectui scilicet voluntatib; & memoria, tum super naturalibus, fidei nempe & spei ad est; ut B. Feurborn. loc. cit. loquitur. Nec alius ipsos esse sententiæ permittit Calvinianarum hypotheseum concatenatio, quod cum primis B. Chemnit. p. 28. fund. Sacrae Cænae, quatuor *ἁρετικῶν*, ad detegendas præstigias Adversariorum, ex Lutero laudans, confirmat. Mera ergo *ἀδολεσχία* & Lutheranorum, dolo bono interpolata, imitatio est, ad quam Apostata proclivior; quando manducationem corporis veri & substantialis,

ac

ac bibitionem ver^{am} & substantialis sanguinis Christi, *veris-
simam, realissimam & propriissimam* vocat Grebnizius, quam
Calviniani credant: *Extra disputationem* n. hinc, ut Orator, loqui-
tur; ubi locutiones aliàs in cautæ & æquivocæ ipsi propriæ & usi-
tatissimæ sunt; quem. alibi *Deum* (*extra disput.*) *ulla usitata & vera
significatione peccati causam dici negantes ignorantia Gram. Latina
& Metaph.* accusat; quos incantè, æquivocè & impiè in disput. id
affirmare fatetur. Accedit, quod, quanto intervallonostra à Cal-
vinianorum sententia distet, dissimulare ipse nesciat, sibi pueri-
liter contra dicens: *simplicis enim fidei esse, infra nugatur, corpus
Christi verè & realiter accipi, licet substantia atq; essentia cælum
conscenderit.* Et paulo post, in Ubiquetismi lustratione, Philoso-
phicarum speculationum consecrarium quod dam esse censet, si
*propugnetur, corpus Christi non esse in terris verè & realiter præsens,
nisi in his terris ipsius substantia ponatur.* Quis non advertit quæ-
stum Grebnizio nunc esse uberrimum, omnia simulare, negare?

§. 47. Contra vero de cœna Domini in Confessione Au-
gustana artic. 10. & Form. Conc. art. 7. ex verbo Dei sic doce-
tur: *Verum corpus & sanguinem Christi verè & substantialiter
præsentia esse, & una cum pane & vino verè distribui ac sumi. Ubi
tò VERÈ opponitur absentia, figura & nuda* significationi cor-
poris & sanguinis Christi in cœna, quam Calviniani docent, &
tollit præsentiam fictam, ambiguam, incertam, oretenus ali-
quam, re ipsa verò nullam; qualem Adversarij, ad fallendum
simpliciores, commenti sunt. Tò *Substantialiter* non mo-
dum præsentia, qui est mysticus & Institutori soli cognitus,
sed substantiæ & essentia corporis & sanguinis Christi in cœna
cum elementis externis unitæ præsentiam notat. Tò *Realiter* ve-
rò, quæ vox sæpius usurpatur, tum unioni & præsentia *συστι-
κῆ*, relativæ, & significativæ, corporis & sanguinis Dominici,
quæ realis non est: tum præsentia duntaxat spirituali per fidem
in cœlis, quæ verbalis tantum & imaginaria est, opponitur. Quo-
modo si exponantur voces istæ, Calvinianorum, easdem nobiscum
usurpantium, fraudes omnium oculos incurrunt. Non minus
perspicuis verbis in Form. Con. p. 600. 604. 735. 745. 755. nostra de
sacramentali manducatione corporis & sanguinis Christi, sen-
ten-

tentia exponitur; quod illa oralis quidem, de qua *mandatum Christi, consideratis singulis circumstantiis, necessario accipiendum est; sed mediata, supernaturalis, & incomprehensibilis; non crassa, carnalis, (naturalis) Capernatica sit.* Quæ omnia cum vel puero & Catechumeno obvia sint, Diabolicam sane calumni- am Satanicorum organorum, Capernaiticam, naturalem, nobis *post tot publicas protestationes contra conscientie sue testi- monium, turpiter ascribentium, & conditionis rei, actionis, cibi & manducationis naturalis cum sacramentali confusionis, exre- cta ratione profluentis, nos nequiter arguentium, ut doctrinam nostram apud auditores suos in odium adducant, palpare quivis potest.* Propius autem Capernaitis Sacramentarij ipsi accedunt, *conf. Fund. Ded. Marp. c. 8. p. 825.*

§. 48. Calviniana Photinianorum refutatio ad Refor- matorum cum Lutheranis in hac controversia concordiam nihil facit: nam Photinians bellum in dicunt, quatenus cum Arminians omnem, etiam istam imaginariam, & significa- tivam Calvinianorum Corporis & sanguinis Christi in S. Cœna præsentiam, negant. Ceterum arma potius ijsdem, ex illis principijs, ex quibus Zvinglius olim, & Carolus stadius, a- pud *Lutherum in Confess. majori de cœna, & libro das die Worte noch feste stehen/* realem præsentiam corporis & sanguinis Christi impugnabant, sententiam suam propugnantibus, suppeditant.

§. 49. Sacramentalis (juxta Calvinianos signa tantum cor- poris & sanguinis Christi respiciens) cum spirituali manducati- one corporis, ac bibitione sanguinis Christi confusio, non minus ac ejusdem & oralis (quæ ratione tum modicum finis sui mystica & super naturalis, seu, ut quidam loquuntur, Spiri- tualis est; ratione organi & objecti alias corporalis dicta,) op- positio satis arguunt Grebnizij vel ignorantiam vel fallaciam. Accuratus distinguuntur ista omnia & explicantur à Nostrati- bus. *vid. Form. Con. p. 743. Chemn. c. 5. fund. S. Cœna. Gerh. L. de cœna §. 176. 382. D. Calov. in Ster. Anti-Berg. ejusq. vindic. Hutter. p. 640. in Form. Conc. & c. Spiritualem a. & fiducialem, de qua adeo glo- riantur Calviniani, nec sincere credere, nec salutariter perci- pere*

pere possunt; quia fundamentum fidei universale, Christi meritum, labefactant: carnem Christi non adorant, adeoq; nec fide apprehendunt: communicationem idiomatum destruunt, & passionem æterni Filij Dei in assumpta carne non admittunt. *vid. Wurttemberg. Theologi in Exam. c. 1. artic. 12. & c. Sigward. in admonit. Christ. l. 2. c. 3 p. 150. 673. D. Weber in Calvinischer Brun- quel L. 2. c. 20 p. 175. Fund. Deduct. c. 8. p. 827.*

§. 50. Sed quid adjumenti ex illa Antepredicamentali inter manducationem & bibitionem Synonymicam seu univocam, & Paronymicam seu Analogicam, in hoc pacis negotium redundat? Forte Irenicorum novissimus Logicali opus habuit latibulo, ut commodius lateret, & felicius succederet institutum. Quo autem modo, Grebnizi, pro scientiæ tuæ Logicæ & Theologicæ profunditate, non predicationem quidem sacramentalem, sed ipsam manducationem & bibitionem, univocam, Paronymicam, Analogicam vocari posse putas? Anne hæc tua istorum terminorum applicatio Synonymica an Paronymica, & per consequens (nisi forte transcendentalis, eminens & inusitata dicenda) vel generica vel specifica, vel accidentalis est? Apage istas gerras ac nugasciculas, & istâ notionum predicabilium ad ipsas actiones applicationem dedisce, si famam tuam apud externos intemeratam cupis. Quod si v. univoca & synonymica manducatio & bibitio illa est, quâ materia cælestis & terrestris simul uno & eodem manducationis actu & organo manducatur & bibitur; cui paronymica, ad materiam terrestrem tantum restricta, & analogica, h. e. in Analogia Calviniana signiet signati fundata, opponantur; ambabus Calvinianorum manducationem & bibitionem Paronymicam & Analogicam, ac nihil minusquam univocè & verè (uti vox ista à quibusdam accipitur) sacramentalem esse largimur.

§. 51. Hæc omnia cum ita se habeant, ruit & evanescit, quam jactat, Lutheranorum & Calvinianorum in articulo hoc de S. Cœna convenientia, &, quas vacuandi cerebri ergo exsudat & extillat, consequentiarum contra oralem manducationem [cujus modus super naturali, & spiritali seu



non-carnali, tanquam naturalis & Capernaiticus, falso opponitur) strictura. Neq; n. materiae coelestis praesentiam, nec manducationem sacramentalem veram, realem & propriam (quae tamen non totius actionis sacramentalis, uti Grebnizio videtur, formale existit) Calviniani, verborum institutionis improprietatem urgentes, illibatam retinent. Quibus sublati, modus certè actionis utrobiq; idem, in vitâ veritate, statuitur.

§. 52. Quam verò circa effectum convenientiam effingit, nulla est. Nam ut taceam, à Calvinianis negari, Sacramenta fidei donandæ & obliandæ efficacia organa & divinitus constituta media esse, per quæ Deus nos regeneret, justificet & salvet; ipsammet unionem communicantium cum corpore Christi Calviniani multò aliter, quam Lutherani, interpretantur: quia 1. unionem istam (à communione substantiæ Physicæ corporis & sanguinis Christi, formali & universali, quoad omnes communicantes, sumptionis Eucharisticæ effectum, cautè sequestrandam) electis tantum, quibus solis Christum suum corpus & sanguinem in S. Coena manducandum & bibendum instituisse dicunt, propriam esse censent. 2. Unionem istam talem statuunt, quæ IN DIVIDUO nexu nos (electos, in statu gratiæ alias semper constitutos,) cum Deo copulat; quia scilicet electi, quibuscunq; etiam sceleribus conscientiam suam polluant, gratioso Dei amplexu excidere non possunt. 3. Solam spirituales, quæ per fidem contingit, & tum verbo tum Sacramentis in usu salutari, fidelibus tam V. quam N. T. communis est, intelligunt; specialem, quæ Sacramentalis dicitur, & Sacramento Cæne propria est, atq; ipsius substantiæ Physicæ corporis Christi, cum substantia totius hominis fidelis communionem singularem, à quâ potissimum membra Christi, capitis nostri, dicimur, reprobantes. *vid. Fund. deduct. p. 932.* Atq; hinc ipse Grebnizius *unionem cum corpore, imò animâ Christi ab unione cum divina Christi naturâ totaq; S. S. Trinitate non distingvit; Christumq; ita arctissimè uniri innuit, quatenus merita ipsius in nos transferuntur:* quæ unio tantum spiritualis, & generalis est. Nec alia à Calvinianis, salvis suis hypothefibus, de Sacramentis in genere, & in specie de absentia corporis Christi in S. coena, ejusq;

ejusq; causis, unionis ratio, quam quæ spiritualis est, concedi potest. Nam (ut posterius saltem conferam) si mediante pane corpus Christi communicantibus uniri admitterent, panis ipse certè isti corpori multo magis unitus esset; & sic præsentia ipsius non νοητική, ενεργητική, & objectiva tantum; sed realis foret, & propriè dicta. Et si unio corporis Christi, ex hypothesi Calvinianorum, cum pane repugnat articulis fidei, ascensioni in cœlos, sessioni ad dextram Patris, futuroq; reditui ad iudicium; unio profecto corporis Christi cum corporibus & animabus communicantium, vera & propriè dicta, eosdem fidei articulos non potest non evertere.

§. 53. Sanatio spiritualis membrorum Christi, quæ omnipotente cibo corporis Christi fiat; quia simbria vestimenti ejus nos salvat, non ingreditur fidei Calvinianæ circum. Nam corpus Christi virtute vivificâ, quam divinam & infinitam esse oportet, juxta ipsos præditum non est. Quomodo ergo vivificabit aut sanabit spiritualiter EXTRINSECE omnipotens cibus? aut qua ratione etiam ad sanationis corporalis Hamorrhousæ, simbriam vestimenti Christi apprehédentis, miraculum concurrere potuit humana Christi natura, quæ ab actibus miraculosis, alijsq; operibus officij Theandricis, utpote ad quæ virtus divina requiritur, palam, ex Calvinianorû hypothesi, excluditur?

§. 54. Discrepare Calvinianos à Lutheranis circa manducationem corporis & bibitionem sanguinis Christi Sacramentalem uno actionis prædicato, quod est Oralitas, eaq; immediatâ, putidus & dolosus partim prætextus est, quod vel ex dictis liquet: partim notoria calumnia; cum Lutherani illis ipsis particulis (quas Zanchius, Musculus, Danæus &c. Irenico hoc rigorosiores, exagitant, quod hypothesi suæ de absentia corporis & sanguinis Christi easdem adversari animadvertunt) excepta illa PER, (Panem) quæ Analogiæ Calvinianæ monstrum olet, mediatam manducationem declarent. Neq; tamen levis controversia illa est; cum *Oralitas* ista, quam vocat, de essentia hujus Sacramenti sit. Nihil ergo opus erat contra Lutheranos negare sive *ex hypothesi*, sive *ex thesi*, manducationem immediatè oralem, eamq; ceu naturalem aut Capernaiticam, quam *falsa*

CON

consequencia & Ratio humana inferat, injurioso isto transfigere obelisco.

§. 55. Ratio humana, cui nimium quantum adhaerescere Lutheranos modestius (ipsorum pace) calumniatur Grebnizius, potius Calvinianæ quidam hæreseos fons est, ex quo verborum institutionis Christi perversio, præsentiae corporis & sanguinis Christi negatio, & alia ipsorum βδελύγματα pronò alvo fluunt: id quod, quantum ad hunc articulum, B. Meisn. T. 2. *Disp. Theol. Witteb. d. 10. §. 35. 1. Probe Calvinischer Lehr. p. 303. Autores Fund. Deduc. p. 795. & Spec. Refut. d. 10. §. p. 99. 219. 362. seq. 464.* demonstrant. Nos, ῥητῶν verborum institutionis unice urgentes, nullum Rationilòcum relinquimus: unde Calviniani aliàs Lutheranos, quod cœcæ rationis dictamini τὸ ῥητὸν hîc pertinaciter præferant, incusant & irrident. *Vid. D. Himmel. Disp. I. Test. 1b. 65. & Harm. Calviniano-Papist. Harm. 3. p. 3. Retento verò τῷ ῥητῷ verborum institutionis non alia manducatio corporis & bibitio sanguinis Christi, vera & realis, quam quæ externorum Symbolorum est, oralis scilicet sacramentalis, asseverari potest; quamvis modus ratione materiæ terrestri naturalis, ratione cœlestis v. supernaturalis sit; ab omni conditione cibi & manducationis naturalis longissimè remotus.*

§. 56. *Rationi humana debetur, fidem verbis Christi deroganti, Corpus Christi verè & realiter accipi, licet substantiâ atq; essentiâ cælum conscenderit. Utrumq; à Scripturâ S. negatum, non nisi ab Hæretico affirmatur. Panis enim, quem frangimus, nonne est communio corporis (non absentis, cujus indigni rei fieri non possunt, sed præsentis) Christi, inquit Paulus I Cor. 10, 16. Simplicis vero fidei est, fidem verbis Christi tribuentis, corpus Christi non posse verè & realiter manducari, nisi corpus Christi ore corporis accipiatur in essentia (non tantum virtute, & phantasticæ fidei) præsens. Illa enim imaginaria attractio (verba sunt B. Hulseman. c. 13 §. 2. supplem. Brev.) Substantiæ Physicæ corporis Christi de cælo, in animam sumentis Eucharistiam, sive etiam elevatio fidei in cælum ad sphaeram corporis Christi, quæ per fidem sumentis fieri dicitur, est modus remere consuetus nulla Dei revelatione nixus. Nec enim vera fides, nedum imaginaria, sed*
verbum

*verbum & promissio instituentis Eucharistiam faciunt substantiam
amphysicam, rerum caelestium in coena percipiendarum, tum com-
municantibus ipsis, tum ipsorum fidei substantialiter esse prae-
sentem.*

§. 57. Sacra Coena ejusq; salutari fructu se ipsos in dignos
reddunt, nec corpus & sanguinem verissime (& salutariter) se
participare, credere, sibiq; meritum Christi firmâ fide applicare,
possunt, quicunq; Calviniano dogmate fascinati, verbis Chri-
sti fidem non tribuunt, rationis suae commenta majoris faciunt,
& universale Christi meritum, firmæ fidei fundamentum, cre-
dere recusant; atq; sic tum errorem intellectus circa præsentiam
& qualitatem hujus cibi, tum erroneam doctrinam de hoc
cibo fovent. Quos, erroribus istis usq; ad horam mortis per-
vicaciter addictos, ipse Christus æterna morte dignos pronun-
ciat Joh. XII. 48. Matth. V. 19. Quamdiu vero hujusmodi se-
ductores superant, ministris Ecclesie, quibus vi mandati divini
τὸ Ἰησοῦ ἰσχυρῶς incumbit, sedendum non est; quin animosè ex-
ferenda & vibranda spiritus arma contra Amphibænas tales,
quibus cum Epiphanius hæc. 66. Hæreticos, modo ad occul-
tandum virus, cum Scripturis & ex illis loquentes; modo, ad evo-
mondum illud, contra Scripturas varia comminantes, appositè
contendit, sive orale (quæ Grebnizismi Venus est) seu dentale
bellum inferant; aut clanculum sua moveant & propellant sa-
cra facerrimi isti Antæi, qui sæpe ἀποκαταπέταστοι, reclamante
conscientia, ore tenus (orale) bellum cum ipso Christo ejusq;
membris gerunt; debellandi & pedibus subjiciendi, cum finis
seculi venerit. I. Cor. XV. 24. 25.

§. 58. Credentem salvari posse absq; Sacramentis, si illo-
rum contemptus ab sit, non imus inficias; sed quid hoc juvat
Calvinianos, Sacramentorum necessitatem ad salutem nimio-
perè extenuantes, & multis modis ipsorum tum essentiam tum
fructum convellentes? Dignitati autem ac ponderi articuli de
Coena eo ipso nihil detrahitur, quasi non fundamentalis & ad
salutem Christianam consequendam necessarius Christianæ fi-
dei articulus, sed, uti Pareus c. 12. 13. Irenici criminatur, *pa-
lea & stipula sit, in qua nullum gravum fidei nullusq; succus confola-
tionis*

*tionis infit. Quod αθεόλογον à B. Hütter. & Sigw. contra Iren. Pa-
rei c. 12. 13. & Fund. Deduct. Marp. c. 8. p. 757. 903. 966. discus-
sum est.*

§. 59. Quæ de tolerantia discipulorum Christi annectit,
à nobis erga Calvinianos hoc magis exercendâ, quo mino-
ribus, atq; illi, à Christo tolerati, infirmitatibus obnoxij sint,
Andromachen hanc Calvinianam nihil ornant. Nam disci-
puli Christi infirmæ fidei, quoad notitiam Luc. 18. 34. & fiduci-
am Matt. 14. 31. dociles erant & in formari se patiebantur, nec
errores, quibus simplici tenebantur, pertinaciter defende-
bant & propagabant, ut Calviniani seductores. Ad hæc in-
tentationis æstu constituti, sub initium N. T. & Auroræ exortum,
eo facilius imbecillitatis suæ, quæ veræ fidei accidens est, veni-
am à Christo impetrabant, quo præclariorem sapius, extra ten-
tationis aleam positi, fidei suæ confessionem edebant. Sed
Calviniani hodie, pertinaci animo; etiam admoniti & convi-
cti, haud raro mordicus Heterodoxiæ suæ adhærescunt, eam-
que, si non argumentis, armis tamen & brachio seculari, quan-
tum possunt, tutari connituntur. Quæ doctrina erroris, (quo &
erronea opinio de objecto, quod in S. Cœna sumitur, pertinet)
vitio intellectus vitium morum superaddens, tantum abest, ut
imbecillitas fidei vocari possit, ut ne fides quidem appellari
mereatur. Ceterum, quamvis tolerantiam, quæ Christianæ
charitatis & spiritualis concordia est, qua membra unius cor-
poris Mystici se mutuo tolerant, Calvinianis Doctoribus de-
negemus; eosdem tamen non persequimur, nec ullo violentiæ
genere infestamus; licet ipsi, pro charitate & mansuetudine,
qua toti scil. flagrant erga Lutheranos, extremam perniciem
& deletionem illorum omni provehant contentione. Quis
ergo insanorum negaret, Christum, cum, S. Cœnam institu-
ens, hæc inculcasset: *novum præceptum do vobis ut diligatis &c.*
Calvinianos cum maximè digito notasse? Nostrum autem à
Calvinianis in articulo hoc dissensum, à Grebnizio non tam
imminutum, quam stabilitum, hocce corroborat argumen-
tum: *Quicumq; discrepant circa S. Cœna causam efficientem, mate-
rialem, formalem, ministerialem, finalem, effectum & subjectum;*
illi

illi non tantum uno predicato actionis, quod est Omnitudo, differunt. Atqui Calviniani à Lutheranis hac ratione discrepant. E. Minor exdictis bonam partem constat, & confirmatur passim à Nostratibus. Vid. D. Himmel. d. 13. Anti. Calv. Fund. Deduct. Marp. c. 8. B. Hülfem. §. 2. 3. 6. 13. suppl. Brev. it. D. Hoe. art. 13. c. 6. des gründtliche beweis. & triumph. Calvin. p. 491. 559. B. Hunnius p. 393. διασκ. 502. 513. Adde, tum quod Calvinianorum plurimi etiam recentiores, à Dn. D. Calov. p. 46. par. 2. Conf. summ. Pseudo-Ster. Berg. adducti, hostias orbiculares verum panem esse negantes, vero & integro Eucharistiæ Sacramento Ecclesias nostras spolient: tum quod Joh. Bergius p. 2. c. 15. 16. 17. 18. Pseudo-Ster. doctrinam nostram de reali præsentia corporis & sanguinis Christi, ejusque orali manducatione, consequentia necessariam gloriam Christi, & articulos fidei labefactare; fundamentum, radicem ipsam & semen Papisticæ Missæ, abominationem sacrificij Missatici, & Idolomaniarum omnium Papalium, ac plusquam gentilium fovere; eamque pariter ac praxin usui salutari S. Cænæ noxiam, & saluti exitiosam esse, blasphemè asserat. Quid ergo discriminis jam nos inter & Lutheranos relinquatur, Grebnizium vel Bergius docere potest.

§. 60. Porro filiam succenturiat matri, ut loquitur, nescio cujus phantasticæ geneologiæ Conditor, Grebnizius, h. e. UBIQUETISMUM Oralismo. Quæ matrem proxima est, inquit, ad Filiam ubiuitatem humane Christi nature transeo &c. Calumnia nobis transcribit negare Christi, negare Humanæ Naturæ Omni præsentiam. Credimus & confitemur, Omnipotentiam, Omniscientiam, Omni præsentiam, & omnia Idiomata Divina per Unionem & Communicationem Personalem Verissimè Realissimè & Propriissimè Humanæ Christi Naturæ Communicata; Eòque Christum Omni præsentissimum, Humanam ejus Naturam Omnipræsentissimam. Idque Substantiâ & Essentiâ suâ. Quatenus Corpus & Humana Christi Naturâ in Substantiâ & Essentiâ adcepta, non denotat aliud extra Substantiam & Essentiam Cor-

Corporis & Humanæ Naturæ, vel ipsum Corpus & Humanam Christi Naturam. Verbo: Solam Rem; Non Modum Rei. Neq; enim credimus Humanam Christi Naturam Omnipræsentem Essentiali, aut Substantiali, & Intrinseco; Sed Extrastubstantiali, Personali & Extrinseco Modo: In λόγῳ cum λόγῳ, per λόγον, arctissime Unitum. Itemq; Operatione & virtute Divina. Equidem Animam nostram propter Unionem & Communicationem in Corpore, cum Corpore & per Corpus in Loco Verissime esse præsentem. Sed Præsentiam illam, quam per λόγον Humana Christi Natura obtinet, ob Veriorem, Realiorē, & Arctiorem Unionem, esse Veriorem. *Lutheranorum* Nonnulli hec iterum videntur Speculationibus Philosophicis nimium vindicare, propugnantes, Corpus Christi non esse in Terris Verè & Realiter præsens, nisi in his Terris ipsius Substantia ponatur. Id quod nostris quidem Corporibus contingit, ut aliter comparatum sit Corpus Christi, à Tota Plenitudine DEltatis habitatum, quàm Omni præsens sit. A nobis faciunt *Brunsvicenses*, *Dani*, *Holsati*, *Norimbergenses*, itemq; *Lutherani* super omnem exceptionem *Ἰνῆσιοι*, *Osiander* in *Enchiridio* *Contravers.* *Philipp. Nicolai* in *Sacro sancto Omnipræs. Christ. Mystero*, *Jacob. Martini* in *Locis Theol. Ecclesiastæ* *Nostræ Francofurtani* in *Catechismo*. Si non *Brunsvicenses*, si non *Danos*, si non *Holsatos*, si non *Norimbergenses*, si non *Ἰνῆσις* *Lutheranos*, *Osiandrum*, *Philipp. Nicolai*, *Jac. Martini*, *Ecclesiæ* *Nostræ Francofurtanos*, Vos *Lutheranorum* Nonnulli, Anathemate feritis, ecurr Nos, ut Fœdus icere detrectetis.

§. 61. Resp. Ubiquitas, etiam dextrè accepta, cum Omnipræsentia, de qua hic quæritur, confundenda non est: cum ista nudam essentiæ propinquitatem, hæc vero, stylo biblico

ex-

exposita, præter istam, aliquam efficacem Dei operationem notet; quod discrimen à *Gisfensibus, & Saxon. Theologis in solida decisione, & ejusdem Apologiâ*; à *B. Menzero in necess. defens.* & *B. Feurbornio Fascic. 1. disp. 2.* jam diu demonstratum. Multo minus ista ubiquitatis, in fraudem veritatis & ὀρθοδοξίας, à Calvinianis excogitata (*vid. Theol. Epist. ad August. Saxon. Elect. in Hütter. Conc. Conc. c. 19. & in expl. Form. Conc. p. 823.*) pro carnis Christi per omnia loca coextensione expansiva acceptio, undè monstruosus aliàs Ubiquetismus derivatur, æquo ferenda animo; quamvis Grebnizius eo nomine, officij sui Irenici memor, Lutheranos hic apertè non flagellet.

§. 62. Omnipræsentia humanæ Christi naturæ, filia sanioris de S. Coena sententiæ, seu, ut barbari oris Orator loquatur, Oralismi, ita convenienter dicitur. Neq; n. illa, cujus majestas per unionis personalis gratiam in primo conceptionis momento carni Christi communicata est, ullo modo à præsentia corporis & sanguinis Christi sacramentali, specialiter à Christo in verbis institutionis promissa, dependet; quod hæc potius illam præsupponat.

§. 63. Calviniani non tantum omnipræsentia; sed omnium attributorum divinorum communicationem humanæ naturæ factam omninò negant, licet varia, ubi delitescant, quærant latibula; ex quibus ipsos *Dn. D. Calov. cum primis in Exam. Controv. de persona Christi* protraxit. Solenne ipsis est, juxta illud Irenæi, ὁμοια λαλεῖν, ἀνόμοια δὲ φρονεῖν, in pacis præsertim negotio; ubi tamen sæpius suo se gladio juglant, & quod una manu largiuntur, alterâ eripiunt. Quam longè verò à Lutheranorum sententia Calviniani absint, hypothesium quas foveant, collatio vel tyronem edocere potest. Unionis enim personalis mysterium non credunt; nec salvis principiis suis credere possunt; divinæ hypostaseos communicationem, & naturarum realem communionem inficiantur: Prædicationes personales & Idiomaticas verbales tantum faciunt, & Nestorianismum ἀλλοιώσει suâ, & Nestoriani EXTRA defensione ex Orco reducant. Quæ ergo alia, quam verbalis, Idiomaticæ communicatio ipsis cordi cureq; erit? reali tum à priori, tum à

posteriori destructa. Hinc conceptis verbis plures eorum Ad-
monit. Neostadiensi c. 8. p. 250. verbalem astruunt & tuentur.
A quorum partibus etiam omnes, Calvinianis hypothesebus
occupatos, stare certum est; quocumq; etiam amictu, ut Irenæus
loquitur, verisimili & ad persuadendum appposito, imposturam
suam insidiosè ornent, ut propter externam speciem (verborum cor-
ticem) seu Phantasiam ipsa veritate verior appareat.

§. 64. Subtiliorum, quibus subtilissimus Grebnizius
tantum non palmam præripit, κρησφύγετον illud est, uti om-
nipotentiam, omniscientiam, & alia Idiomata divina, per
unionem & communicationem personalem, humanæ Christi
naturæ ita communicata asserant; ut humana natura ipsa qui-
dem intrinsecè non sit omniscia, omnipotens; sed extrinsecè
& κατ' ἄλλο, in λόγῳ, cum λόγῳ, per λόγον arctissimè (non
hypostaticè) unitum. Quæ nuda attributorum divinorum
conjunctio & unio qua conscientiâ, quâ fronte, verissima, rea-
lissima, propriissima, ut magnificus Spermologus eam vocat,
dici potest? Solam rem credunt, ut idem postea fatetur, h. e.
omnipotentiam, omniscientiam personæ Christi, secundum
divinam naturam: non modum rei; quem nos videl. credimus,
quo eadem omnipræsentia & omniscientia, quæ divinæ naturæ
est, etiam humanæ, verè ac intrinsecè, ob hypostasim Filij Dei
verè communicatam, tribuitur; ut, quam verè Filius Dei per
essentiam omniscius & omnipotens dicitur, tam verè per uni-
onis personalis gratiam humana etiam natura omnipotens, o-
mniscia vocetur. Imò hoc non est rem credere, si ἀκριβολογῆν
velimus, sed & modum rei, & rem ipsam negare: quia credunt
solum omnipotentem esse divinam naturam; humanæ a natu-
ræ & rem ipsam, vel veritatem ac realitatem hujus ἀξιωματικῆς ο-
mnipotentiae, denegant; neq; modum attributionis, quem nos
credimus, quod nempe personaliter ei conveniat, admittunt. Ne-
gata enim omni vera & reali communicatione attributorum
divinorum modus Communicationis veræ & realis à no-
bis assertus quo pacto credi potest? Atq; ita Calvinianorum à
Lutheranis divortium meridiana luce clarius est. Conf. Form.
Concor. p. 766. 770. 779.

§. 65. Hy-

§. 65. Hypothesin Calvinianorum de communicatione
Idiomatum ad thesin suam de Omnipræsentia humanæ Christi
naturæ bona fide transfert Grebnizius, eamq; causæ suæ opti-
me consulturus, præ reliquis invadit & oppugnat. Nam,
quamvis dicat se credere *Christum omnipræsentissimum, huma-
nam ejus naturam omnipræsentissimam. Idq; substantia atq; essen-
tia sua &c.* æquivocationis tamen fallaciam, & verborum lusum,
statim ipse prodit, quando postea *non essentiali aut substantiali
& intrinseco; sed extra substantiali, personali, & extrinseco mo-
do; in λόγω, cum λόγω, per λόγον arētissimè* (Calviniano sensu) u-
nitum; itemq; *operatione & virtute divina, humanam Christi
naturam omnipræsentem esse sine figura confitetur, & Luthe-
ranos speculationibus Philosophicis nimium vindicare, edisserit,
propugnantes corpus Christi non esse in terris verè & realiter præ-
sens, nisi in his terris ipsius substantia ponatur.* Quibus præce-
dentia ipsius in Oralismo effata omninò congruunt; & istud,
quando *corpus Christi, à tota plenitudine Deitatis habitatum,
eà omni præsens esse, infra affirmat.* Quis hic non deprehen-
dit ignes doloso cineri suppositos? directam & absolutam verè o-
mnipræsentiæ tum intimæ tum extimæ carnis Christi omnipræ-
sentissimæ, quam vocat, negationem: EXTRA Nestoria-
num, quò λόγος ἄσαρκος, dimidium Christi, in terris poni-
tur; adeoq; unionis personalis vinculum solvitur, & διτότης
personæ introducit: præsentiam tantum relativam seu re-
spectivam, quâ caro in cœlo existens λόγω, revera, juxta Calvini-
anos, extra carnem creaturis præsentem, intimè unita concipitur,
eò quod λόγος in cœlo carni præsentissimè adest: tantum ἐνεργ-
ητικὴν & operativam, qualis est Solis in hæc inferiora agen-
tis, cujus tamen corpus vera & reali ἀδιασasia præsens non
est: (quo simili cum Confess. Helvet. art. 21. Joh. Bergius utitur in
Stereom. p. 98.) quamvis istam divinam & infinitam etiam virtu-
tem, quam Grebnizius verbotenus tantum carni Christi tribuit,
Reformati uno ore omnes negent: tantum localem & inclusi-
vam, qualis animæ in corpore Grebnizio videtur. Summatim:
personaliter h. e. ratione subsistentiæ τὸ λόγος: extrinsecè h. e.
imputativè, uti nos justus dicimur in Christo, quo simili Zanchi-

us utitur lib. 2. de incar. quæst. 12. coll. 165. omni præsentem credit; cum revera tamen nullibi nisi in cœlis corpus Christi præsens statuatur. Puerilis ergo lusus & portentosus verborum cothurnus est, quando *humanam Christi naturam omnipræsentissimam vocat. Idq; substantia & essentiâ sua. Quatenus corpus & humana Christi natura in substantia & essentiâ accepta non denotat aliud extra substantiam & essentiâ corporis & humanæ nature, vel ipsum corpus & humanam Christi naturam.* Quas loquodædalias & verborum gyros ipse, quando substantiam corporis Christi omnipræsentem esse contradictoriè negat, detorquet, & invertit. Et cui non suspecta sit ista corporis & humanæ Christi naturæ periphrasis, quâ solum ipsius actum naturalem, secundum quem certo spatio circumscribi potest, denotare videtur: quoadmissio, actus personalis, quo subsistit in λόγῳ illocaliter, & juxta quem omnipræsens à nobis habetur, tollatur; ut Maresius L. 9. Syst. th. 33. istam distinctionem everfurus, infert. Quasi verò implicet, naturâ posse circumscribi loco (quod de humana Christi natura Lutherani concedunt) & actum non circumscribi loco.

§. 66 In explicatione modi omnipræsentia carnis Christi essentialem cum intrinseco confundit, & personalem intrinseco fraudulentè opponit. Nam intrinsecus essentiali latior est; & personalis modus, ubi ratione subsistentiæ vel propriæ vel communicatæ alicui quid convenit, nunquam extrinsecus dici potest: etsi in Calvinianorum schola insidiosa terminorum *personaliter & extrinsecè æquipollentia*, quam speciosè aliàs celant, utramq; hinc paginam faciat, & linguæ Lutheranae æmulationi deceptoræ plurimum conducat. Distingvenda a. est vocum *essentialiter & personaliter* diversa acceptio, quatenus vel de subjecto vel de modo intelliguntur. Humana natura *essentialiter* h. e. ipsa Essentia humanæ naturæ præsens est; sed non per essentialem conditionem; cum *personaliter*, h. e. per & propter unionem personalem omnipræsens sit, ita, ut ipsius carnis, non personæ tantum seu hypostaseos, ad essentialitatem notetur.

§. 67. Unione corporis & animæ [quo simili veteres & Atha-

Athanasius in Symbolo utuntur) verior, realior & arctior unio personalis carnis cum divina natura, ex Calvinianorum sententia, dici nequit; nec verior præsentia, quam per *λόγον* humana Christi natura obtinet, præsentiam animæ in corpore. Nam Unio animæ & corporis est propriè dicta, realis, totalis, & adæquata, qualis unio divinæ & humanæ naturæ, quam Calviniani credunt, non est: quod vel ex similitudinibus, quibus aliàs, repudiata istâ, ab unione animæ & corporis desumpta, utuntur, colligitur. Quo pacto igitur hæc ista verior, realior (ut Metaphysicus Orator loquitur) & arctior dici potest; cum juxta Calvinianorum placita ista hæc potius verior realior & arctior vocanda sit? quamvis alias in hoc simili non conditionis unitorum, quæ disparrima sunt; sed indolis & naturæ unionis realis, totalis, *κατὰ συνδύασιν*, in qua nempe genericè unio corporis & animæ, & unio divinæ atq; humanæ naturæ concurrunt, ratio habenda sit. Quod vero Grebnizius cum præsentia locali animæ in corpore, quam fingit, præsentiam illam, quam per *λόγον* humana Christi natura obtinet, confert, eaq; quatenus scil. localis est, veriolem dicit, (quia fortè verior locus iste Calvinistici cœli est, quo caro Christi circum scripta *λόγω* illic tantum præsens fingitur,) ineptum prorsus est, & ex Calvinianorum blasphemio principio, de locali & inclusiva corporis Christi in cœlo præsentia, derivatum. Comparationem illam, animæ sc. cum humana natura, & corporis cum *λόγω*, Logicus impropiissimè talem diceret; cum animæ corporis localitas & circumscriptiva alicubieta non magis conveniat, quam ipsius alicubieta definitiva aut invisibilitas corpori; nec humana Christi natura, ad dextram Dei elevata, actu ipso spaciocerto includatur. Multo rectius ita colligimus contra Calvinianos: anima unita est totaliter corpori, adeoq; nec corpus est extra animam, nec anima extra corpus, quam diu manet unio animæ & corporis. Quam primum verò anima constituitur extra corpus, desinit unio. E. & *λόγῳ*, totaliter unitus humanæ Christi nature, extra humanam naturam non est, nec hæc extra *λόγον*, quam diu durat unio. It: Unio animæ, & corporis est realis, quæ non est

H

si-

sine communicatione Idiomatum reali, substantialis & intima,
& c. E. multo magis unio divinæ cum humana natura talis erit.

§. 68. Lutherani in Calvinianorum, speculationibus Philosophicis de corporis naturalis veritate, qua cum corporis Christi omnipræsentiam conciliari posse negant, nimium vendicantium, eoq; unum per inseparabilem conjunctionem, quod est *Ἰσαὶνθωπος*, in unum per relationem transformantium, castra non transcunt, quando *propugnant corpus Christi non esse in terris verè & realiter præsens, nisi in his terris ipsius substantia ponatur.* Nam hac ratione & Scripturæ Sacræ, omnipræsentiam humanæ Christi naturæ veram & realem, non imaginariam, virtuales & habituales, quæ Calvinianorum somnium sine somno est, asserenti credunt; & universalia Metaphysices principia de unione reali, quæ absq; mutua unitorum præsentia, æquè ac unitorum, locorum intercapedinibus distinctorum, una numero *ὑπόστασις, σὶ δηρόζηλον* quoddam est, convenienter applicant. Utinam vero de formatus hic Metaphysices & Logices Professor, per istud octennium, quod in hoc studio insumsit, unionis realis, & organici recte rationis in Theologiâ usus, plenior sibi comparasset notitiam; iste, credo, de præsentia carnis Christi relativâ, unione reali, sine extremorum substantiali propinquitate & indistantia, & Lutherianorum rectæ rationis abusu, cogitationes cerebellum ejus non turbassent: nec absurdum hoc inter nostrorum corporum & carnis Christi præsentiam discrimen excogitasset, quod illorum præsentia substantialis quidem sit; hæc vero præsens alicubi esse possit, ubi substantia ejus non ponatur: *quod à tota plenitudine Deitatis habitata, qua omnipræsens sit.* Quasi verò non ob hanc ipsam causam, ubi ubi *λόγος* est, ibi ibi substantia carnis, *ἀδιασάτως, ἀχωρίτως, καὶ ἀτρέπτως* *λόγῳ* unitæ, propter hypostaseos Identitatem, ponenda sit.

§. 69. Lutherani, quos non sine gravi injuria & calumnia [exceptis Helmstadiensibus nonnullis, qui tamen multipræsentiam Christi hominis concesserunt] in Calvinianorum partes vocat, huic Eridonopoetæ in os contradicunt, & à com-
mu-

muni Librorum Symbolicorum sententia ne latum quidem un-
guem discedunt. Cum Caligula, Grebnizi, certare posses, qui, re-
ferente Svetonio, de se ipso predicavit: nihil se magis in natura
sua probare quam impudentiam; usq; adeo audacter & impu-
denter ad illos etiam provocas, qui, ut Calvinismi monstrum
horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum, confi-
cerent & debellarent, nullum non lapidem movere. Danos,
Holfatos Norimbergenses vindicavit jamdudum Dn. D. Calo-
vius T. I. Syst. p. 1053. & Disp. I. Harm. Calixtino-Hæret. th. 15. Ofi-
ander in Enchir. controvers. inter Lutheranos & Pontificios
agitatarum ne verbulo quidem controversiam de omnipræsenti-
a carnis Christi attingit; ut mirer, qua fronte, si quam habet,
Grebnizius illius autoritate Calvinianorum hæresin palliare
præsumerit. Philippus Nicolai satis graviter Calvinianorum
machinationes reprimit, in libro laudato. De B. Jac. Martini
& Calvinianorum *ἀντιπαθεία* quis dubitaret? Reverendi Dnn.
Ecclesiastæ Francofurtani, qui in art. 2. explicat. & cap. de S. Cœ-
na Catechismi sui Calvinianis elabendi rimas satis obstruxere,
non possunt non abominari procacitatem lingvæ Grebnizi, e-
jusq; verborum fumos, quos coram vendit, ridere & eludere:
etsi commiseratione dignus potius sit pacificus Apostata, qui
præcharitatis Christianæ æstu, & desiderij fœderis cum Luthe-
ranis vehementiâ, tantum non totus contabescit. Istud vero
singulare quoddam fraudis ipsius involucrum est, quod, malè
sibi conscius, nullum *γνησίως* Lutherani, Calvinianorum hy-
pothesi favens, verbum ausus hic adducere. Mendacij igitur
tam diu reus, & anathemati Spir. S. obnoxius erit, quoad con-
sensum, quem temere jactat, ullius sinceri Lutherani cum Cal-
vinianis liquidius probaverit. Lutheranorum v. & Calvinia-
norum doctrinæ de omnipræsentiâ carnis Christi differentia ex-
dictis elucescit, & sequenti argumento: *Quicumq; omnipræsenti-
am carnis Christi aperte negant, à priori & posteriori destruunt,
pro rationis commento habent; cum illis, qua talibus, Lutherani
Christianam concordiam alere non possunt. Atqui Calviniani sunt
tales.* E. Vid. Hunn. p. 3. 80. *διὰ τὴν*. Sigvv. p. 570. & Hutterus p. 110.
contra Iren. Parei. it. p. 821. in Form. C. Dn. D. Calov. sect. 2. Exam.
de Pers. Christi contr. 1. 4. 9. & c.

§.70. Tandem, quem unicum, in quo Calviniani & Lutherani discrepent, super esse putat, Prædestinationis articulum veilicat, seu PRÆVISISMUM; Cor, sceptrum & Paladium Ecclesiæ Reformatæ. Hic geminæ iterum calumniæ Lutheranos arguit, &, dum sub fucato Lutheranorum verborum cortice venenatum Calvinianæ doctrinæ nucleum, qui absolutum illud decretum est, nonnihil occultare laborat, perfectam horrendi istius decreti effigiem ipse sistit. *Calumnia committitur*, inquit, *ex nostra sententia maximam partem humani generis absolute, citra conditionem ullam, Solo Dei beneplacito ad*
„*infernum prædestinatam*. Calumnia excogitavit, ex
„Nostra Doctrinâ Homines quomodocunq; vixerint,
„Vitam vel pijsimam, nisi Electi fuerint, damnari. Cre-
„dimus & confitemur, DEUM Omnisapientem ab æ-
„terno decrevisse, Hominem creare perfectum ad Æter-
„nam Vitam & Salutem, ut simul decreverit permittere,
„eoq; præviderit Hominis Ruinam. Nisi decrevisset
„permittere, non permisisset. Si non permisisset, Ho-
„mo labi non potuisset. Præviso Hominis Lapsu, potu-
„isse Homines Omnes ad Æternam Mortem prædestina-
„re. Idq; ob Peccatum. Intercâ ex Immensâ Clemen-
„tiâ Humani Generis misertum velle Omnes Homines
„salvari & ad Agnitionem Veritatis venire. At non eo-
„dem Gratia modo. Id quod extra Scripturam S. lo-
„quitur Res ipsa. Neq; enim ejusmodi Media ad Salu-
„tem DEUS suggerit, eoq; nec suggerere decrevit Ethni-
„cis, Judæis, Hæreticis, quæ in Ecclesiâ Natis. DE-
„UM igitur credimus Nonnullis Media ad Salutem non
„Sufficientia tantum, sed Necessaria etiam suggerere,
„indeq; ab Æterno suggerere decrevisse; Nonnullis mi-
„nus: Utrisq; in eodem Peccati luto hærentibus. Illos
„Electos; Hos adpellamus Reprobatos. Quod Non-
„nullos ejusdem Poenæ Reos elegit & salvat, ipsius Be-
„neplacito, pariter ac Gratia, dandum. Quod Non-
nul-

nullos Speciali Gratia præterit, cum Omnes non præ-
terire tantum, sed illico etiam damnare ob Peccatum
potuisset, nescimus Causam, nec aliam scimus, cum
non revelarit, quam Generalem; valdè bonum esse &
ipsi placere. Nam quæcunq; facit valdè bona sunt &
ipsi placent. Quod verò Præteritos, cum à se non li-
berè defecerint tantum, sed Gratiam quoq; Novi Foe-
deris oblatam respuant, ob Peccatum & Incredulita-
tem damnat, damnareq; decrevit, vertendum est Ipsius
Justitiæ. Edisserat Invidia, quid heic culpet. Credi-
mus, cum omnes simus Naturâ filij iræ, in Peccatis eo-
dem modo Mortui, Nos ad Conversionem Nostram,
concurrere nullo modo. Nec Electos esse ex Operibus
Bonis vel Fide, prævisis, quorum nihil in Nobis fuit,
ut fuerit Solum Peccatum: Sed ex Solâ Gratiâ Divinâ,
sed ad Bona Opera, sed ad Fidem. Inde q; Salutem
Humanam non ab Arbitrio nostro, quo tendimus ad
Interitum, obnitimur Saluti, verum ab Gratiâ & Ope
Divina pendere, ut non possimus non salvari. Quid
heic peccamus? Nimium derogamus Viribus No-
stris, nimium agnoscimus Miseriam; in quam Nos A-
stus Serpentinus præcipites egit. Nimium vindicamus
Gratiæ Divinæ, cui soli in solidum debemus Salutem
Nostram. Nimium fidei de Certitudine Salutis No-
stræ concipimus, innixi Decreto Æterno, ut Clemen-
tissimo, sic Immutabili & fallere fallive nescio. Hoc
in præsentē Negotio peccamus, idq; si a Scribtura S. re-
cesserimus, cum *Augustino & Lutbero.*

§.71. Resp. Calumniator Grebnizius, contra conscien-
tiam, & publicam Calvinianorum doctrinam, temere negat, à
Calvinianis absolutum Reprobationis (Prædestinationis ad In-
fernum, ut voce Reformati abutuntur,) decretum defendi: ab-
solutum electionis decretum sine tergiversatione admittens.
Verum enim vero, quamvis magnum Calvinianorum circa hoc

Palladium suum, cujus hodiè plerosq; pudet, publicè istud populo ostendere verentes, divortium sit: omnes tamen, quodcumq; etiam diverticulum quærant, absolutum tum electionis tum reprobationis decretum animitus exosculantur. Longum foret, si in Calvinianorum vireta, per quæ flosculi illi sparsi sunt, excurrere ingrederer. Congessere istos, qui Calvinianorum hoc Palladium jam dudum prostraverunt. *Conf. Fund. Ded. Marp. cap. 1. B. Menzerus in Triade Diss. de electione, ubi Lutherana Synodi Dordrechtana lingua & Calviniana mens conferuntur. Sigw p. 405. admonit. Christ. &c.* Succinctè germanam Calvinianorum sententiam proponit *Beza Vol 3. f. 426. in-*quiens: *Deus decrevit alios perdere alios servare ex mero divina voluntatis absoluto proposito. it: Piscator de prædest. th 88. Voluntas perdendi & voluntas salvandi absoluta est, nec pendet ab ulla conditione.* Et quid multis opus? Grebnizius ipse non aliam tum electionis tum reprobationis causam novit, quam merum Dei beneplacitum & absolutam voluntatem. *Si enim non possum, ut Calvinus sect. 2. c. 22. lib. 3. Institut. habet, rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam illi ita placet; neque etiam in aliis reprobandis aliud habemus, quam ejus voluntatem.* Absolutum Electionis decretum Grebnizius clarissimis verbis proponit: *Soli enim Dei beneplacito pariter ac gratiæ dandum censet, quod nonnulli electi & Speciali (irresistibili) gratiæ donati sint.* Meriti Christi nullam mentionem injicit. Fidem, AD quam electos esse dicit prædestinatos, Electionis decreto postponit; quomodo & Christum, fidei objectum, tanquam executionis absolutæ voluntatis divinæ medium, eidem subordinare solent: ut ita decretum electionis non quidem ratione omnium causarum externarum, & ordinatorum ad executionem mediorum; sed quoad causam tum meritoriam impellentem, quæ est meritum Christi, tum instrumentalem ex parte electorum, quæ est fides prævisa, reverâ absolutum, &, ut in *Judic. Britann. p. 493. Syn Dord. vocatur, inconditionatum sit.* Præteritionis vero & reprobationis decreti causam generalem illam affert, quod, *quæcumq; Deus facit, valde bona sint & Deo placeant.* Nec alia damnationis, quam præteritionis, veterato-

toriè opponunt, causa est: unde, quando Grebnizius præteritos ob peccatum & incredulitatem damnari asserit, ita accipiendum est; quod Deus quosdam ab æterno ex absoluto odio reprobarit, & destinarit ad damnationem, in tempore propter peccatum subeundam. Eâdem ergo, qua crassissimi Calvinianorum, chordâ oberrat, & à Lutheranis longissimè recedit, qui *ad Scripturam S. & verbum Dei provocant, quod nos deducit ad Christum, qui est liber ille vite, in quo omnes inscripti & electi sunt, qui salutem æternam consequuntur.* Ut Form. Concor. loquitur p. 618. conf. & p. 619. 800.

§. 72. Homines, qui piam vitam vivunt, non statim electi dicendi sunt, cum & morti proximiâ vera fide deficere, adeoq; damnari possint. Sed homines, QUATENUS pie vivunt, & in fide, quæ pietatis anima est, ad extremum usq; vitæ halitum perseverant, damnari à Calvinianis, nisi absoluto decreto divino electi fuerint, non calumnia; sed firmissima, ex sententiâ Calvinianorum deducta, consequentia est. Nam qui per æternum & immutabile electionis decretum actu non sunt separati à cætu reprobatorum; illorum pietas Deum in executione decreti electionis, quod fides planè non ingreditur, occupatum non flectet. Aliàs n. nec immutabile istud esset; nec executio decreto responderet. Sed quia Calviniani illis, qui *ad mortem prædestinati sunt, ut Piscator in Respons. ad Apolog. Bertij loquitur, à Deo hanc gratiam dari negant, ut pie vivant, & bonis operibus studeant;* hinc nullus piorum Calvinianorum damnari potest, cum soli prædestinati ad bona opera & fidem electi, ut Grebnizius habet, adeoq; soli pietatis & fides capaces quam nec scelestissimi (Calvinianis, propter inamissibilem. sint; Spiritus S. gratiam, piissimi) amittere possint. Ita vero crassam principij petitionem & ignorationem Elenchi Grebnizius incurrit; Lutheranis suas calumniandi partes hîc etiam transcribere pertendens.

§. 73. Verba, quibus Grebnizius cum Lutheranis ab initio in confessione sua utitur, *sine scrupulo acciperentur, si non ab illo, cujus sensus notus est, dicerentur;* quod Augustinus olim de Pelagianis pronunciavit. Sed hîc omnia ista intelligenda sunt

sunt secundum Hypotheses Calvinianorum, & præconceptam Grebnizij Sublapsarij opinionem, de gratiæ, paternæ dilectionis & commiserationis, redemptionis, & vocationis divinæ particularitate, de voluntate Dei geminâ, signi nempe & signati, s. revelata & arcana, nudæ approbationis & desiderij, seu intentionis ad efficiendum: de gratiæ irresistibilis idolo; de decreto non efficaciter omnes è miseria liberandi, (quod reipsa à decreto absoluto non liberandi nihil differt,) & hypocritica salutis, sub conditione impossibili & impræstabili, ad inescandum reprobos, ut eò magis inexcusabiles fiant tantoq; acerbius crucientur, oblatione &c. quibus omnibus observatis & collatis diversissima à Lutheranorum mente speciosæ propositionis istius, *Deus vult omnes homines salvari & ad agnitionem veritatis venire*, analysis emerget; cui vel tyro sufficit: præsertim cum monstrum, quod sub fallaci isto schemate delitescit, à Grebnizio ipso in medium pro trahatur, quando addit: *Deum humani generis misertum velle quidem omnes homines salvari &c. sed non eodem gratiæ* (ad salutem necessariæ, non abundantis tantum, quæ tum in hominis Conversione tum renovatione suas mensuras habet) *modo*; quia sc. gratia efficax, eaq; irresistibilis, quam fingunt, solis electis propria; quibus solus *Deus non sufficientia tantum* (ad conversionem & æternam salutem producendam nec proportionata, nec ratione ipsius intentionis Dei efficacia) *sed necessaria etiam* (irresistibiliter, propter immediatam Spiritus S. operationem, efficacia) *ab æterno* (ex absoluto decreto, quod omnia salutis media, & gratiosa Dei circa illam decreta, juxta Calvinianos antecedit) *suggerere decrevit*. Ita ergò Calviniani *rejiciunt*: *Deum omnibus & singulis hominibus administrare, aut paratum esse administrare, media sufficientia ad sui conversionem*: *Etiamsi enim salutis externa media, quod ad ipsa media attinet, possint esse omnibus sufficientia, tamen in iis tantum efficacia sunt, quibus Deus gratiam suam specialem largitur. Ideoq; internam gratiam quod attinet, qua Deus excitat, adjuvat, movet, dirigit corda hominum, ea in nullis sufficiens est, quin simul sit etiam efficax.* ut in *Synod. Dordr. in Judic. provincial. p. 230. & in Judic. Exteror p. 94.* ipsi fatentur: Hęc est illa inaura-

ta Calvinianæ fidei catena, quâ Diabolo ipse inauravit, suout pla-
ceret populo; quâ qui prob, is Sataræ ipsi sine dubio velificatur.

§. 74. De distinctione, quæ fit inter *Reprobationem ne-*
gativam, seu decretum non liberandi hominem à reatu perdi-
tionis, vel prætereundi eum: & *decretum positivum*, seu cruci-
andi hominem sic præteritum æternis supplicijs, ex Scholastico-
rum lacunis hausta, inter ipsos Calvinianos, etiam Sublapsari-
os, illâ utentes, non convenit: quorum alij eandem prorsus
rejiciunt, alij diversi modè interpretantur. *Lud. Crocius in A-*
polog. Contra Menz. p. 195. *Conradus Bergius*, Præceptor Greb-
nizij incomparabilis, *Disp. 2. de sufficientia mortis Christi th. 33.*
Hildebrandus in de clarat. Orthodox. p. 154. 178 seq. (ut cæterorum
divortia omittam) secus ac Grebnizius, ipsius etiam negativæ
reprobationis causam, peccatum, rejectionem nempe medio-
rum ex communi perditione eluctandi, à Deo oblatorum, a-
gnoscent; quamvis revera proximam causam reprobationis
negative absolutum Dei decretum statuunt, dum media, repro-
bis oblata, efficacia & effectui producendo proportionata esse
negant; quod Deus decreverit irresistibilem gratiam, electo-
rum propriam, ipsis non conferre: tantum quia sic placet.
Quam inanis autem distinctio illa sit ad confirmandam diversi-
tatem causarum impellentium Deum, ut aliquem sine causa
vel cum causa meritoria damnet, (ut B. Hülseman. loquitur) &
futilis; cum nec membris oppositis constet, nec ullus verbi di-
vini apex illi faveat, planum fecere *Gissens. T. 1. Disp. 15. th. 10. Fund.*
Deduct. Marp. c. 1. p. 5. B. Gerhard. L. de Elect. §. 180. B. Hülseman.
suppl. Brev. C. 15. §. 6. B. Scharf. Exercit. V. AntiCalv. th. 35. VII. th. 1.
X. th. 10. XI. th. 29. &c. Quibus cum ex Calvinianis Polanus, Moli-
neus, Witthakerus, Maccovius, sua contra socios arma vertunt.

§. 75. Quanquam, quod infideles ob incredulitatem
damnantur, justitiæ Dei vertendum sit; istud tamen absolu-
tum reprobationis decretum, quod revera à conditione finalis
impœnitentiæ [quæ sola, non originalis macula, omnibus
communis, hîc attenditur] liberum est, justitiæ Dei, cui illu-
strandæ, quosdam absolute reprobatos astruunt, maximè o-
best; cum, salva illa, præter meritum, neminem damnare possit
Rom. III. 5. 6. Nunquid iniquus est Deus, & iram infert in innocen-
I best;

tes? absit: qua enim equitate futurus esset Judex universiorbis?

§. 76. His ita dilutis, quid culpet Spiritus S. Sole meridiano clarius patet. Non opus est, ut edisserat Invidia, quam Grebnizius, ante victoriam triumphans, provocat. Illa enim Diaboli filia Calvinianis hos desperationis laqueos non invidet, quibus totum mundum irretire mallet invidus & infensissimus iste salutis nostrae hostis. Ipsi Cadmæi fratres inveniunt, quod hic culpent. Quid quod ipse Grebnizius cuculi instar NIMIOS Calvinianorum excessus plenis buccis ebuccinet, nihil dissimulans: Calvinianos NIMIUM vindicare gratiæ divinæ (quam contra revelatam salutis nostræ ἀνομιαν absolutissimam & irresistibilem faciunt.) NIMIUM fidei de certitudine salutis nostrae concipere, innixos decreto aeterno, ut clementissimo sic immutabili, & fallere fallive nescio. Atq; hoc (inter alia) Calvinianos hic peccare (quantum ad rei veritatem; de qua Ironice, sed incassum, hinc sibi gratulatur) ingenuè fatetur. Sed ne quid nimis, mi Grebnizi. Omne nimium nocet. Quomodo, quæso, NIMIUS iste absolutæ certitudinis conceptus ex absoluto decreto derivatur? cum juxta Calvinianos voluntas illa Dei, gratiosa interna, arcana prorsus sit & abscondita; adeoq; nullus illorum de electione sua certus esse possit. Desperationis potius quam certitudinis salutis mater horrenda illa Calvinianorum doctrina est; quâ ipsius fidei in Christum, extra quem nulla salus, necessitas ad salutem tollitur, quoad à decreto electionis respectus ipse removetur.

§. 77. Calvinianos sincere credere, nos omnes natura filios iræ esse, in peccatis eodem modo mortuos, nimium derogare viribus nostris, nimiumq; agnoscere miseriam, in quam nos astus serpentinus precipites egit, nimium Grebnizij mendacium est. Nam, ut Zwinglij, & aliorum, etiam gentilium quibusdam salutem æternam adscribentium, hypothese non urgeam, extenuatio peccati originalis, sanctitas infantum ex fidelibus natorum, Baptismi efficaciam destructio, & alia *ἄλογα* Calvinianorum à Lutheranis, in capite de profunda humanæ naturæ corruptione, & peccati originalis foeditate, uti in Form. Concor. ex Sacris Liberis asseritur, differentiam satis declarant.

§. 78.

§. 78. Quamvis ad conversionem nostram nos nullo modo concurrere, & ne per pravenientis quidem gratiæ efficaciam hominem ad sui conversionem absolvendam Spiritui S. cooperari posse, concedamus: attamen nullis gratiæ convertentis gradus à nobis habetur irresistibilis; quin possit negligi, excuti, & obliterari, ut sine & fructu intento ac possibili excidat & frustretur. Calviniani verò Deum in conversione hominis irresistibiliter agere fingunt, ita, ut liberum (quoad malum) hominis arbitrium Deum conversurum non possit impedire. Et juxta hypotheseos hujus tenorem dijudicanda est ista Grebnizij confessio: *credimus salutem humanam non ab arbitrio nostro, quotendimus ad interitum, obnitimur saluti, verum ab gratia (irresistibili) & ope divina pendere, ut non possimus non salvari.*

§. 79. Electio nostra ad vitam æternam non quidem virtutibus aut justitia nostra nititur; adeoq; nec ex bonis operibus, neq; ex fide, electi sumus; sed Deus tamen elegit nos in Christo, quam fides apprehendit, anteq. mundi fundamenta jacerentur. Eph. I. 4. Fides ergo non tantum medium quoddam est exequendi decretum electionis, electis tantum, qui AD FIDEM electi sint, destinatum; sed ipsi electionis decreto inseritur in S. Literis, tum *πρὸς αὐτὸν* (ut B. Gerhard. Disp. Hægog. c. 5. §. 12. loquitur) respectu totius *τῆς ζωῆς*, decreto electionis inclusa, cujus pars quadam existit fides: tum *ὁφθαλμικῶς*, respectu meriti Christi & promissionis Evangelicæ, in qua meritum Christi nobis offertur, quod fides tanquam instrumentum *ἀντιληπτικὸν* apprehendit.

§. 80. Lutherus & Augustinus à Calvinianorum sententia hic etiam tam alieni sunt, quam alienissimi; id quod Dn. D. Calov. p. 227. seq. T. I. Syst. sufficienter probat, Et B. Lutheri sententiam B. D. Hoe. in tract. contra Budowex, ut & B. Jac. Martini in tract. de causa pecc. in app. Disp. pecul. & D. Behm in anat. & vindic. libri Megalandri de servo Arbitr. prolixius vindicarunt. Iste vero authoritatis Augustini & Lutheri prætextus ad Calvinianorum *μεθοδίαν τῆς πλάνης*, & fraudulentum in propaganda Heterodoxia sua processum, à Dn. D. Calov. in præf. exam. de pers. Christi detectum, pertinet: tametsi alias à venerandâ Antiquitate, cujus consensum subinde jactitant, in hoc eti-

am articulo revera in alia omnia abeant; nec B. Luthero aliàs Theoninis suis dentibus parcant. Quam *ἀθεόλογον* verò impium, & ficulneum erroris tanti patrocinium sit fictus iste Calvinianorum cum Luthero & Augustino consensus, quò, si à Scriptura S. recedat, se cum suis recipit Grebnizius, quilibet, cui pietatis & sanioris de Augustino & Luthero opinionis mica restat, deprehendit. Quanto ergo intervallo à nostris partibus in hoc etiam articulo Calviniani distent, ex ista errorum, ab ipso Grebnizio facta, recensione, sequenti argumento inclusa, in clarescit: *Quicumq; electionis causam tum principalem tum instrumentalem impugnant, formam & finem ejusdem pessimè deformant, & c. illi à Lutheranis seipsos separant. Atq; Calviniani sunt tales. E. vid. D. Hoe. loc. hic & supra cit. D. Himmel. Diss. Anti Calv. 9. de Prædest. D. Hunnius p. 439. Διαση. D. Taufferi Diss. contra Piscat. de elect. quem in hoc articulo Calvinianis os ita obturasse, ut contra hiscere non possint, D. Hunnius in consultat. sua non immerito judicat. Hutterus, Sigwardus. D. Meisnerus Fund. Deduct. Marp. loc. cit.*

§. 81. Atq; ita sanctissimi & divinissimi istius Irenonai RUINA inconfesso est; ad quam redegit eum ipse Grebnizius, qui Lutheranorum & Calvinianorum disensum tam in Ceremoniis, quam fundamentalibus fidei dogmatibus, quæ attigit, suis verbis statuminavit; &, ostensâ circo fundamentum fidei substantiale, organicum & dogmaticum, istorum differentiâ, latius à B. Hunnio, Hüttero, Sigwardo, Hülsemanno & c. l. cit. contra Calvinianos alibi deducta, tantum abesse comprobavit, ut cum Calvinianis Doctoribus, ingentibus conflictatis defectibus, Lutherani fœdus contrahere possint, ut detestari omnibus modis habeant: si memores esse velint præcepti Christi, Matth. VII. 15. *Cavete vobis à Pseudo Prophetis; & æmulatores Davidici zeli Ps. 139. 21. 22. expressi: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. inimici facti sunt mihi.* Quanto rectiùs ergò Irenonaus ille Erynnonaus & Eridonaus dicatur, ipseq; Grebnizius Erynnicus Eridonopoëta potius, quam Irenicus vocandus sit, duriori longè cuneo, quàm quò durissimi ipsius nodi in præ-

presens quandoq; excepti sunt, dignissimus; tum flagitiosorum
titulorum & conviciorum, quibus Lutheranos hic proscidit:
tum errorum fundamentalium Calvinianorum, à Grebnizio
ipso congestus, cumulus documento esse potest.

§. 82. Præ scripsit jam olim *Crocus in Præfat. dedic. sua ad
Potentiss. Reginam Sveciæ sui Anti-Becani* nonnulla pacis media,
à *Dn. D. Calov. in Præfat. Crit. S.* censoriâ virgula excepta; quæ
si Grebnizius pensi habuisset, Irenici partes quodammodo præ-
stitisset, nec sinistras sententiarum interpretationes, verborum
fucum, iniqua præjudicia, & tot criminationes ac calumnias
declinandi necessitatem cuiquam imposuisset. Istæ vero cri-
minationes ipsius aut æquæ sunt aut iniquæ: si iniquæ, quod
nunc ὁφθαλμοφανές patet, retractet easdem, suamque ag-
noscat exorbitantiam & procacitatem, necesse est; nisi pluri-
um criminum falsi publicè reus peragi, & pacem istam in her-
ba imprudenter suffocare velit: sin verè ipsi videntur, nos dam-
nare potius, quam ceu fratres in Christum credentes recipere te-
netur: nisi ipse Magus, Idololatra, Capernaita, Anti-Christi
cultor &c. (propter imaginariam Spiritus ac fidei identitatem)
& abominandi Magorum, Idololatrarum, ingentibus (funda-
mentalibus) defectibus conflictatorum, credentibus in Chri-
stum sc. annumerandorum, receptaculi, Satane, non Deo, conse-
crandi, Architectus celebrari amet.

§. 83. Eat nunc Grebnizius, & se corde, ore, re pacem
cum Idololatræ, Magis &c. quales Lutherani, in Christum
credentes, ipsi videntur, colere, eorumq; infirmitates dilectio-
nis pallio se contegere gloriatur. Eat, & gratias agat Deo Trin-
uni deformatus Apostata, quod sibi, ex reliquiis AntiChristi
(quas penes Calvinianos residere, Nostratum de Harmonia Cal-
viniano-Papistica scripta evincunt) erepto, fidem Orthodoxam &
Apostolicam Spiritus S. gratia in corde ob signarit, & in hanc usq;
diem, ut MIRACULOSE, ita benignè, servarit, & foverit.
Quam suam fidei orthodoxæ per Spir. S. gratiam ob signatio-
nem nemini persvadebit, nisi doctrinæ Calvinianæ orthodoxy-
am, & sui ex absolutè reprobatorum (qui pias & Deo placen-
tes pro beneficiis nec spiritualibus, nec corporalibus, quæ,



secundum Calvinianos, ex simplici Deo odiò in æternam perniciem ipsis cedunt, persolvere possunt; quod *Dn. D. Taufrevus Apologet. Diss. 6. contra Piscat. th. 10. 11.* probat) numero exemptionem firmiùs ex Calvin. principiis demonstret. Eat, & Deum, Irenicis hujusmodi maledicentem, & Calvinianis Doctoribus, Nominis sui gloriam, & Ecclesiæ Christi incrementum, quantum possunt, attenuantibus, res ñtentem invocet, ut *ingloriam sui Nominis, & Ecclesiæ incrementum, vires animi & corporis sibi concedat, & efficiat, ut pacem inire, pacem facere, pacem colere, pacem frui possit.* Nos quantis possumus Deum supplicis poscimus, Ecclesiam suam perpetuæ sibi curæ habeat, & perniciofa tum Irenicorum, tum cæterorum Pseudoprophetarum consilia dissipet ac confundat; ut nec aperta vis & *ερεβλότης*, nec frag ipsorum, veritatis cælestis rem affligat, ejusq; intercipiat splendorem. Grebnizio verò meliorem optamus mentem; ut *paulo melior factus*, quod in Programmate suo celebrat, ad frugem tandem redeat, levitatem apostasiæ suæ, à B. Meisnero p. 2. 32. seq. 1. *Prob Calvinischer Religion/* descriptam, agnoscat, & resipiscat! *γένοιτο!*

Sanctifica nos, Jesu Christe, in veritate tua. sermo tuus est Veritas.

ERRATA potiora ita emendanda.

§. 3. lin. 11. lege sentientium §. 7. l. 3. l. effert §. 7. l. ult. l. Prævisismo §. 9. l. 11. l. κερωνια μένω & l. 12. ascitium §. 18. l. 2. & §. 44. l. 3. l. ερεβλότ. §. 35. l. 20. l. dictis §. 38. l. 7. adde quib9 competit §. 51. l. 7. l. stricturæ dissipantur. §. 63. l. 18. l. cum Admon. §. 72. l. 17. l. fidei capaces sint. & seq. l. 19. vox sint deleatur.

APPENDIX.

Corollarij loco, occasione spatij, quod superest, placet Calvinianorum à Lutheranis circa doctrinam de omnipresentia carnis Christi, quam ubiquetismum calumniosè vocant, dissensum fundamentalem, ab ipso Grebnizio in *Disp. inaugurali pro Doctura de Ubiquetismo* habita, in quam serius incidi, assertum, quoad hic licet, annectere; ut quam bene Erynici Eridonopoete numeros impleat, quantaq; Lutheranos, fratres suos in Christo Diabolicè criminandi, & furiose damnandi libidine male sanus Irenicus ubiq; estuet, cuius saniorum eò magis innotescat. I. vocat ibidem istud Spiri-

eus S. dogma *Ecclesiae* (Calvinianis Doctoribus, quibus verbum vitæ, quod pervertunt, æternâ ipsorum contumacium in felicitate, in odorem mortis cedit) *infelix atq; exitiosum*, quo Christianus orbis quasi ubiq; personet. II. *Ubiquetismum*, ab *Oralismo* editum, triplicem heresin, recentiore auctam, *Arianismum*; *Nestorianismum*; *Eutychianismum*; *Svenckfeldianismum*, *reducere*, h. e. ut §. 7. seq. & 10. sect. 2. deliria & somnia sua interpretatur, tum *Deum creatum*: tum *duas personas in Christo*, indeq; *duos Christos*: tum *humane nature conversionem in divinam*; tum deniq; *Essentiam Divinam Quaternam*, sive *Quatuor S. S. Essentia Divina Personas inferre*; adeoq; *evertere & abnegare verum Deum*, *SS. Trinitatem & Christum*, blasphemè eructat; oblitus *Manichæismi*, cuius partum *ubiquetismum Lutherano- rum* (quem ceu *Physicum*, *localem & expansivum Grebnizij phantasia concipit*) §. 13. sect. 1. constituit. Ita scil. anticipavit *Irenicus* iste jam ante *Irenonai* sui exstructionem, prius quam *melior factus*, ostendere *Lutheranos causam non habere*, quare *cum Calvinianis fœdus inire recusent*; ut omnibus modis *amplecti habeant*. Amplissimum enim ipsius *charitatis pallium* est, quo *imbecillitates* istas *Lutheranorum*, *in Christum credentium*, etsi *Deum S. S. Trinitatem & Christum* doctrina sua *evertant & abne- gent*, contegere potest iste, *Satanæ & Dei consortium eodem loco habens*, *Deformatus*. Sed si figmentis, mendacijs & equivocationibus suis, quibus chartæ istæ refertæ sunt, nuntium mittat *Calumniator*, nullis fidiculis ex *saniori Lutherano- rum doctrina* quicquam, ulli *istarum damnatarum heresum* affine, unquam ex torquebit. III. *Statum Controversiæ* forma- turus *ridiculè se torquet* (1) ex *Methodi suæ tenore*, tum quæ in *controversiam* non veniunt; utpote, *an Christus homo*, *Messias &c.*: *sit immensus*, seu *infinitus*, *ubiq; & omnipræsens*? *an hu- mane nature realissimè proprioq; sensu immensitas & omnipræsenti- a communicata*: tum quæ *exacte litis summam* non continent; videl. *an Christus secundum humanam naturam sit ubiq; & omni- præsens*? (per unionis personalis gratiam: qui genuinus *contro- versiæ status* est.) *An humana natura per communicationem, ALIAq; RATIONE*, *sit ubiq; & omnipræsens*? siquidem hoc intelli- gere liceat *bino sensu*, vel *explicativo*, quo *diminutio illa ad subje-*

Etum (ad quod particulam *secundum* restrictivam, s. diminuti-
vam, qualis in Calviniana schola est, pro diminutiva subtilitate
sua Logicâ commodi9 referri ait) *relata conceditur: vel alienativo,*
(qui cû explicativo, sub specificivo sensu, reduplicativo & effe-
ctivo opposito, cõtinetur ut §.19. innuit) *quo negatur* (2). *In solido*
rem ex hoc pendere §.11. censet: an humana Christi natura, eiusq;
corpus essentia & substantiâ sua per unionem & communicationem
personalem QUOCUNQUE MODO sit ubiq;, vel infinitum, & o-
mnipræsens? Et tandem concludit: hujus affirmationem & dog-
ma ubiquestismum vocari ab Orthodoxis, (Calvinianis) qui in ne-
gativam abeunt sententiam. Quis v. Lutheræorum corpus
Christi quocunq; modo (physico etiam & naturali, quem Lu-
theranis affingunt,) infinitum & omnipræsens esse un-
quam asseruit? Lutheranorum mentem certè vel malitiosè per-
vertit, vel prorsus ignorat Irenicus Apostata. IV. Humanam
Christi naturam ejusq; corpus essentia & substantia sua, per unionem
& communicationem personalem, ullo modo esse ubiq; & omni præ-
sens, non s. literis tantum, quâ vocem quâ sensum & consequentiam
ignotum penitus; sed adversum etiam esse clamitat; qui ibidem
§.2. sect.1. etiam Omnipræsentiæ communicationem (personalem, in-
de verbalem; idq; terminis non nisi concretivis & personalibus. §.
4.) humana Christi natura per unionem personalem factam Rea-
lissimam existere; & substantia ac essentia suâ omnipræsentissimam
esse, contradictoriè in Irenonao confitetur. Agnoscat ergo
Grebnizius fraudes & mendacia sua, necesse est; aut Hæreti-
corum istorum, quorum dogmata fratres suos in Christo redu-
cere fingit, tesseram suscipiat ipse; si in fundamento fidei,
quod Hæreses illæ, & inde fluens Ubiquestismus destruunt, à
Lutheranis Calviniani nihil distant. Omne vero Irenicum i-
psius præsidium in ambiguis & æquivocis locutionibus situm
esse, vel ex hoc, quod, contra Lutheranos, carnem Christi nat-
urâ, naturaliter & per essentiam omnipræsentem esse negan-
tes, §.19. sect.2. retorquet, argumento satis liquet: Quia humana
natura non per se, & essentiam est omnipræsens, utiq; non essentia &
substantia ejus est omnipræsens. Ceteras ipsius v. beias & nu-
gas, quibus scheda illa scatur, perstringere nunc non datur.

F I N I S.

94 A 7379

ULB Halle
002 376 911

3





sb

WGA

7/9 Nov 1993







IRENONAI,
ORATIONE INAUGURALI
L. ELIÆ Griebnitz /

In Electorali Viadrinâ Academiâ
Theol. Prof. Ordin.

EXTRACTI,
PERLUSTRATI,
R U I N A,

Consensu Maximè Reverende

FACULTATIS THEOLOGICÆ,

Luci exposita Witteberge
à

M. HEINRICO Baumann /

Facultat. Philos. Adjuncto.

ANNO. M. DC LXII.

WITTEBERGÆ

Typis & Sumptibus JOHANNIS BORCKARDI.